Patronymica masculina a nominibus tercie declinationis formant a datiuo singulari addita des ut nestor ri. nestorides. antenor ri. antenorides. licet poete aliquādo addant a cā metri ut āphitrioniades. laertiades dicūt etiā deucalides p deucalioniades ⁊ scipiades p scipionides. Pronymica feīnina a masculinis formant remota de. ut a priamides priamis a durdanides durdanis. Dixerunt tamen poete atlantiades ⁊ phetontiades in plurali hoc est atlantias ⁊ phetōtia in singulari p atlantis ⁊ phetontis. a peliades pelias ab eneades eneis cum deberet fieri eneas. Multa tamē patronymica abusiue pferunt ut a tideus tidides a peleus pelides a pmeteus prometides a thesus thesides ab achilles achilleides ab orpheus orphides a coronies coronides penultima pducta. Iliades filius ilie romulus recte formatur.
Patronymica aliquando sumunt loco patrioꝝ nominū. ut romulide id ē romani. theside id ē athenieñ eneade troiani cecropide athenienses. thimarchides pprīū est ⁊ thimarchides timarchi filius. Pauca inueniunt patronymica in ne feminina ut nereus nerine. adrast⁹ adrastine. acrisi⁹ acrisione ex q̄ acrisioneus. ꝟgilius. acrisioneis darie fundasse colonis

i4

Quod dicit priscianus esse possessiuuz ab acrisione. Serui⁹ vero patronimicũ femininum. Reperiunt patronimica im-proprie formata ꝛ a nominibus matruz ut romulus iliades id est ilie filiusꝛ maides mercurius id est maie filius. Et ab auis maternis ut atlantides id est mercurius atlantis filie filius. ꝛ inachides id est epaphus iouis inachi filius. Et a regibus uel conditoribus ut cecropide id est athenienses. Ab enea eneade id est troiani uel romani. Item a nomine fratris. Uirgilius. Tum phetonciadas musco circundat amare corticis id est sorores phetontis.

De comparatiuis.

Comparatiuum quod est? Quod cuz intellectu positiui uel aliquo participe sensu positiui magis aduerbium significat ut liberalior magis liberalis. ꝛ fortior magis fortis ꝛ doctius magis docte. Comparatiua cuius generis? Cõmunis. preter vnum duntaxat quod est masculini senior. Cõparatiua quem casum exigunt post se? Abl̃m cum q̃ȝ uel ablatiuũ sine q̃ȝ. cuz alio ablatiuo significante excessum ꝛ cũ omnibus casibus quos habere posset positiuũ suuz. ut hoc doleũ est plenius olei illo vel q̃ȝ illud dolium tribus digitis. Uerꝫ relatiua ꝛ negatiua semper sine q̃ȝ ablatiuo iungunt. ut nemo est doctior platone. Comparatiua vnde formant? A nominibus adiectiuis significantibus accidens quod incrementũ diminutionẽqȝ suscipiat ut ab albo albior. uel a uerbis ut a detero deterior. quod uerbum teste seruio min⁹ bonum significat non peiorem Uirgilius cum duo sunt apib⁹ reges alterum deteriorem hoc est minus bonuz iubet necari. Deterior qui visus eum ne pdigus absit dede neci. A potior hic ꝛ hec potior ꝛ hoc potius. A participijs que tunc in nomina transeunt ut amans amantior. A prepositionibus siue aduerbijs ut extra exterior vltra vlterior. q̃ȝq̃ȝ exter quoqȝ nomen reperiat ut virgilius fas extera querere regna. Antiqui aliquando a pronominibus ꝛ nominibus proprijs cõparatiua ꝛ superlatiua protulere ut ipse ipsior ipsissimus nero neronior neronissimus.

Quomodo formantur comparatiua? in primo casu desinente in i ut albus albi albior. fortis forti fortior.
Que sunt comparatiua anormala? que contra hanc regulam formantur. bonus melior optimus. malus peior pessimus. magnus maior maximus. paruus minor minimus. dexter dexterior dextimus. sinister sinisterior sinistimus. senex senior sine superlatiuo. iuuenis iunior sine superlatiuo. multum plus in numero singulari generis neutri, in plurali omnis. A nominibus que habent vocalem ante is uel ante us comparatiua non formantur. sed accipitur magis aduerbium et dicitur magis arduus magis tenuis magis pius. Quamuis tenuior apud veteres reperitur. Et iuuenalis egregius dixit pro magis egregium. Egregius cenat meliusque miserrimus horum. Nequam commune trium generum nequior format comparatiuum et superlatiuum nequissimus.
Ab aduerbiis siue prepositionibus in ra fiunt comparatiua in erior ut extra exterior intra interior ultra vlterior citra citerior infra inferior supra superior post posterior ante anterior prope propior. A sepe comparatiuum non inuenitur. Cato tamen superlatiuo vsus est, sepissimam discordiam fuisse dicens. Pridem prior cuius superlatiuum est primus cum genitiuo iungatur et ad plures sui generis comparetur. Virgilius. Primus se danaum magna comitante caterua Androgeus offert nobis. Ergo prior de duobus primus vero de pluribus dicitur. Magnificentior et magnificentissimus munificentior et munificentissimus beneficentior et beneficentissimus. Quamuis a magnificens munificens et beneficens deriuari videatur. tamen hec in vsu non sunt sed pro his utimur magnificus munificus beneficus. Cato de rege ptholomeo dixit optimo atque beneficissimo Et actius magnificissimo atque excellentissimo honore. Terencius in phor. atquin mirificentissimum.
Comparatiuum sepe pro positiuo accipitur ut senior pro senex. Nonnunquam significat minus positiuo ut tristior et lachrimis oculos suffusa intentes pro sub tristis. Et quando ad contraria

comparatur minus positiuo significat ut si dicam mare ponti-cum est dulcius q̃ cetera hic ostendit parum aliquid dulcedinis habere plus q̃ cetera.

Comparatiua sepenumero diminutiuorum formam accipiunt a neutro addita culus. ut mauis mauisculus. Et regimen seruant comparatiuorum. Terencius. tais q̃ ego sum mauiscula ẽ

Magis aduerbium non solum positiuo sed etiam comparatiua aliquando iungitur cum uel ad se vel ad alium comparatur. ut achilles fortior enea magis q̃ iustior. et aiax vlixe fortior magis q̃ diomede. Nota quod quemadmodum dicimus ego sum fortior q̃ tu in nominatiuo casu ita dicimus etiam in obliquis. iudico te doctiorem q̃ illum. amo te magis q̃ illum. inseruio tibi magis q̃ illi. indigeo te uel tui magis q̃ illo uel illius. Quando comparatiuo iungitur multo videtur plus significare q̃ superlatiuum. Cicero de officiis. Uale igitur mi cicero tibiq; persuade esse te quidem mihi carissimum sed multo fore cariorem si talibus monimentis preceptisq; letabere. Quotiens comparatio fit apud grecos ad vnum sui generis comparatiuo utuntur quotiens vero ad plures sui generis superlatiuo. In quo nos cum illis conuenimus. Et hoc ab eis factum est ut sensum comparatiui a sensu superlatiui distinguerint qui utriq; hoc est comparatiuo et superlatiuo genitiuum tribuunt cum careant ablatiuo. Apud nos vero illa ambiguitas non est qui comparatiuo ablatiuum damus siue ad vnum siue ad plura diuersi generis referatur. Tamen illa grecorum ratio tanti est momenti ut eam latini ad formam grece constructionis imitati comparatiuo genitiuum addiderint utriq; inter duo sic. Aiacum fortior fuit thelamonius. et manuum melior est dextera. Si tres fuissent aiaces nõ fortior sed fortissimus diceremus sicut digitorum medius est longissimus. Unde non licet dicere pyrrhus est doctior sentinatibus sed doctissimus sentinatum. Uirgilius Huic cõiunx sicheus erat ditissimus agri phenicum. Et Oracius in sermonibus o maior iuuenum inquit. Ad duos enim pisones filios patremq; scribebat. Ouidius in persona medee q̃

duos filios habuit. Cum minor e pueris iussus studioqz videndi constitit ad gemine limina, prima foris. Et cesar in cõmentario decimo. in testamento ptholomei patris heredes erant scripti ex duobus filijs maior. Hinc catho maior et minor. scipio maior et minor de duobus dicitur. de pluribus vero fabius maximus et valerius maximus. Comparatiuũ igitur inter duo ponitur superlatiuum inter plura. Quod manifestissime ostendit Cicero cum ait in pisionem me edilem priorem pretorem primum. Quippe ediles duo tantum erant sicut duo censores et duo consules ceteri autem magistratus plures erant. Nota hoc etiam interesse inter comparatiuum et superlatiũ q dubitando uel interrogando comparatiuo utrum damus superlatiuo vero quid. Cuius rei ratio est q comparatiũ de duobus dicitur superlatiuuz de pluribus. Quintilianus. Ita non tantuz utrum sit melius sed qd sit optimum queritur. Et Cicero. utrum potius aut quid potissimum dicamus. Jungitur tamen quid etiam cum comparatiuo sed improprie. utrum uero nunq̃z cum suplerlatiuo.

Quot modis fit comparatio? Quatuor. Aut ab vna substantia ad aliã ut ego sum maior te. Aut ad seipsam ut ego sum ditior solito uel ditior hodie q̃z heri. Aut ab vno accidente ad aliud et tunc semper fere vtimur aduerbio magis ut ego sum magis fortis q̃z doctus. Aut ab vno actu ad alium ut ego malo vitam q̃z mortem et magis lego q̃z disco.

Quot modis non potest cum ablatiuo iungi comparatiuuz Quinqz. Aut cum comparatio ad duos fit tunc enim eget genitiuo ut duorum fratrum maior est marius. Aut quando non inuenitur ablatiuus ut dulcius est mare ponticum q̃z cetera maria. Aut quando inter ipsa adiectiua fit comparatio. ut ego sum magis albus q̃z niger et non nigro. Uel cum inter ipsa verba fit comparatio ut plura audio q̃z credo. Uel cum dictio a qua fit exceptio fuerit in nominatiuo ut dyomedes fuit fortior q̃z troiani õnes preterq̃z hector Coniunctio enim exceptiua copulare debet similes casus.

Quot modis nō potest comparatiū regere ntiū cum q̄z? Similiter quinqz. Aut cum comparatio fit inter duos tunc eñi omnino requirit gtiū ut duoꝝ fratrum maior marius. At cū non inuenit nominatiuꝰ ut nihil est crudelius nece ꝛ nihil est ipsi seipso carius. Aut quando relatiū est terminus comparationis ut virtus qua nihil est homini melius. Aut quando ponit cū dictione negatiua ut nullo homine sis tardior Aut quando dictio a qua fit exceptio fuerit in ablatiuo dyomedes fuit fortior omnibus troianis preterq̄z hectore.

De superlatiuo.

Uod ē nomē superlatiū? Quod ad plures sui generis coparatū superponit omnibus uel per se platum positiui intellectum habet cum valde aduerbio.

Quot sunt terminationes superlatiuoꝝ? Octo. due frequentissime in rimus ꝛ in simus ꝛ sex parare limus ximus timus remus simus nimus Superlatiua in rimus desinētia quō formant. A positiuis in er desinētibus siue secunde siue tercie declinatōnis fuerint addita rimus ut pulcer pulcerrimꝰ pauper pauperrimus. Excipiunt dextimus ꝛ sinistimus pro dexterrimus ꝛ sinisterrimus Superlatiua in simus desinētia quō formant. A genitiuis secunde declinationis addita s ꝛ simus ꝛ a genitiuis tercie addita simus. ut doctus docti doctissimus ꝛ locuples locupletis locupletissimus. Excipiuntur a secunda que sunt anormala bonus optimꝰ malus pessimus magnus maximꝰ paruus minimus multus plurimꝰ. Et que a facio componunt ut magnificus magnificentissimꝰ munificus munificentissimus maturus maturrimus. Cicero tamen ad heremiū in etate inquit velit comparare maturissima Nuperus nuperrimus Plautus captiui duo hominez nuperum ꝛ nouiciū. vetus veterrimus. A tercia uero excipiunt facilimus difficilimus gracilimus humilimus similimus dissimilimus. Excipiunt etiam que in bris desinūt que ris mutata in er accipiunt rimus ut salubris saluberrimꝰ celebris celeberrimus. Uetus a veter quod olim in vsu erat veterrimus facit.

Jn ximus q̃t superlatiua desinũt: duo tm̃ maximus ⁊ prim⁹ Quod vocabulũ dum ꝓ cognato accipit significatũ habet positiui. ideoqȝ a scriptoribus legum sepe compatiue pfert ut primiores id est ꝓpinquiores cognati.

Jn timus q̃t desinunt: Unum dũtaxat anomalũ optimus ⁊ hec deriuata ab aduerbiis siue prepositionib⁹ intra interior intimus ultra ulterior ultimus citra citerior citim⁹ extra exterior extim⁹: quod etiam ꝓ postremo ponit. Plautus in truculento bona perdidi mala repperi fcũs sum extimus a vobis. Hec sunt ab aduerbiis siue prepositionib⁹ supra superior supremus extra exterior extremus q̃r si essent a nominatiuo superus ⁊ exter seruassent regulam.

Jn nimus quot superlatiua desinunt: vnum duntaxat anomalum minimus

Jn rimus quot superlatiua desinunt: Unũ a verbo detero deterior deterrimus ⁊ vnum anomalũ multus plus plurimus. Preterea que secundum regulã formant.

Nouissimus lȝ a nouo superlatiũ sit tamen pro positiuo ponitur ⁊ ultimum significat.

A pene Plautus superlatiũ formauit penissime. Jn cistellaria ita me a consilio peruertit penissime. A penitus penitissimus superlatiuum formatur ut ex penitissimis edibus Superlatiua que a prepositionibus ueniunt ipsarum prepositionũ exigunt casus ut arbor illa est prime littus. A neq̃ȝ sicut sup̃ de cõparatiuis dcm̃ est fit superlatiũ nequissimus.

Jllud aiaduertendũ diligenter ẽ ꝙ q̃ȝ pro valde semp iungitur superlatiuo nunq̃ȝ positiuo ut q̃ȝ fortissimus ⁊ q̃ȝ celerrime. quando uero q̃ȝ accipit pro q̃ȝtum nunq̃ȝ iungit superlatiuo nisi addant uerba possum queo valeo ⁊ que eiusdẽ significationis sunt ut dicam q̃ȝ breuissime potero feci q̃ȝ optime quiui. Per uero nunq̃ȝ iungit superlatiuo nec dicere possumus peroptimus perdoctissimus. econtrario autem q̃ȝ quando ualde significat nunq̃ȝ iungit positiuo nec etiã cõparatiuo nisi forte cum per uel oppido uel sane uel admodum uel ualde uel nimis. Tunc enĩ positiuo iungit ut Ser

Nota ꝙ q̃ȝ [illegible] do accipit [illegible] de et tunc [illegible] iungit sup[illegible] Et aliquã[illegible] tur pro q[illegible] tunc nunq[illegible] superlatiu[illegible] addant v[illegible] sum. quo[illegible] que [illegible] dẽ significa[illegible]

nius sulpicius. Sane q̃ grauiter ac moleste tuli ut debui. A gellius voce admõm q̃ suaui oppido q̃ libes nimis q̃ im pium. Et brutus in epl'a suos valde q̃ paucos hꝫ. Et itez sa ne q̃ gauisus sum. Perq̃ tu visitar⁹ eit ut pq̃ bonus perq̃ pulcer pq̃ doct⁹.i. valde bonus valde pulcer valde doctus Per vero p valde iungit semp positiuo ut perpulcer perdo ctus. Cum vero q̃ p q̃tum accipit iungit positiuo ut teren cius reiecit se in eam nẽs q̃ familiarit. ⁊ in eunucho. tu scis q̃ inicũ te habuerim p q̃tum sumit eñ hic intimus p posi tiuo quẽadmodum primus. Sic etiaꝫ iungit compatiuo. ut q̃ doctior est Aristotile Plato id est q̃to doctior. Atqui di cunt narraui q̃ breui⁹ potui. errãt dicendũ est eñ q̃ breuissi me potui. Quod est comparatiũ seu superlatiũ huius positi ui perdoctus. Multo doctior comparatiũ. ⁊ q̃ doctissimus si ue multo doctissimus superlatiũ. Perq̃ nunq̃ iungit cũ su perlatiuo. Nam quod legit apud Quintũ curtiuꝫ. Cessum quoqꝫ bactrianoꝝ ducem perq̃ maxime posset exercitu coa cto descendere ad se iubet. error potius librarij dicendus est cum alia quoqꝫ complura apud eũdem autorẽ corrupta sint Multo etiam p valde tam comparatiuo q̃ superlatiuo ad iungitur multo doctior ⁊ longe doctior multo doctissimus ⁊ longe doctissimus. Superlatiuus genitiuo iungit ⁊ abla tiuo ⁊ accusatiuo. ut hector fortissimus troianoꝝ ⁊ multo ma ximus ⁊ proxime domuꝫ Cum superlatiuo iungit semper quisqꝫ omnis autem non iungit neqꝫ eñ dicendum est om nis optimus. sed optimus quisqꝫ ⁊ pessimus quisqꝫ. Et simi liter si superlatiua i diuerso casũ ponant sic. maxima quisqꝫ fortitudine debet hostibus resistere. maximo quisqꝫ animo calũniatores despicit. Validissimi quisqꝫ corporis paret ar ma. Comparatiuo uero econtrario non quisqꝫ conuenit sed omnis. Ut quintilianus seruulus penates ⁊ omnia utiliora. nec licet dicere boni quiqꝫ ⁊ sapientes quiqꝫ. sicut non licet dicere omnes optimi ⁊ omnes sapientissimi. Excipiunt ex positiuis que superlatiuo carent ut pius ⁊ strennuus. dicim⁹

enī omnis pius ꝛ pius quisq₃. Salustius. nā strēnuus quisq₃ aut occiderat in ꝑelio. aut grauiter vulneratus discesserat. Item numeralia ut tercius quisq₃ quartus quisq₃. Nam primus ꝛ ultimus superlatiua sunt. Cicero primo quaq₃ die cōsules ad senatū conferant. ergo non est dicēdum omni quinquagesimo anno facimus iobileum. sed quinquagesimo q̄q₃ anno. ꝛ hinc factū est ut dicam⁹ vnusquisq₃ singularis q sq₃ nam singularissimus quo pleriq₃ indocti vtunt non reperit sicut ab vnico non reperit vnicissimus. Quottus etiam iungitur cum quisq₃ ut quottusquisq₃ est idest quotcunq₃ sint. Illud q̄q₃ nondum ꝙ quisq₃ genitīū pluralem non habet cū adiectiuo dūtaxat iunctu₃. ideoq₃ utimur genitiuo singulari pro plurali. ut optimi cuiusq₃ animus. pro bonorū omnium animus.

Do it assoū ꝛ as vvell as thou may
Fac q̄q₃ optime ꝛ q̄q₃ celerrime potes.
I am the beggest of all the men of viterb les than i ꝛ les than all they that be bygger than i
Ego sum maximus ōnium viterbiēsium minorꝫ me ꝛ omnibus maioribus me minor.
Tho i be borū at rome i am gret than all they tha ari les than i ꝛ les than they that ari mori thaū i
Ego cum natus sim rome sum maior omnibus minoribus me ꝛ maioribus me minor
I am vncōnynggari tan all that ari mori cōnyngeri than i Aud mori cōnyngeri than they that ari les cōnyng than i
Ego sum indoctior omnibus doctioribus me ꝛ omnibus indoctioribus me doctior.
I am les than all mori men ꝛ mori than all les men
Ego sum minor omnibus maioribus me ꝛ omnibus minoribus me maior
I haue. ij. fyngers in myn hande longaste of all the totheri ꝛ. ij. eeres in myn hede of vvhiche the on is mori.

Ego habeo duos digitos in manibus ceterorum longissimos et duas aures in capite quarum altera est maior.
Euy strongast man shul overcom vvyt gret hart tho luste vvhice art most stynkyng than aldiri
Debet fortissimus quisque magno animo superare eas volup tates que sunt ceteris fediores omnibus.
Euy tent yeri ary holden congregations at viterbi.
Decimo quoque anno fiunt comitia viterbij.

De aduerbijs.

Aduerbia localia aut in loco significant aut de loco aut per locum aut ad locum aut aduersus locum aut usque ad locum. Que sunt aduerbia significantia in loco? Hic illic istic intus foris ibi ibidem alibi alicubi usquam nusquam sicubi nec ubi nuncubi superius inferius ubique vbicunque.
Que sunt aduerbia significantia de loco. Hinc illinc istinc intus foris vnde aliunde sicunde necunde alicunde et vnde superne inferne celitus fundistus vtrinque vndecunque.
Que sunt aduerbia significantia per locum? Hac illac istac. ea siqua nequa aliqua et qua et utraque et quacunque.
Que sunt aduerbia significantia ad locum? Huc illuc istuc intro foras usquam nusquam eo eodem siquo nequo alio aliquo et quo supra infra utroque et quocunque.
Que sunt aduerbia significantia versus locum? Horsum illorsum istorsum dextrorsum sinistrorsum et quorsum sursum uel susum versus deorsum uersus utroque versus et quoque uersus.
Que sunt aduerbia significantia usque ad locum uel usque ad tempus? Hacusque illucusque illucusque quousque. Nomina vrbium ponuntur pro aduerbijs in loco in genitiuo casu si prime uel secunde declinationis sint. ut sum hic fui illic sum rome fui rome sum tarenti fui tarenti. quod si pluraliter tantum declinentur ponuntur in ablatiuo. ut sum Bais. fui thebis. Tercie uero declinationis nomina in ablatiuo ponuntur fui carthagine tibure neapoli. Ponimus etiam loco aduerbiorum humi domi belli militie et ruri. in datiuo ut sum humi stratus dormio domi eram ruri belli siue militie fortis sum. Reperitur etiam uespi

ad te veniã ꝛ luci similiter. Cicero in philippicis. Quis eñ audeat luci ꝛ in militari via. Pro aduerbis uero de loco et per locum ponunt nomina vrbium in ablatiuo casu cuiuscunqꝫ declinationis ꝛ numeri sint. ut venio illinc. aut trãseo illac. venio aut transeo verona patauio carthagine thebis. ꝛ sic domo humo rure militia bello. Pro aduerbijs vero ad locum nomina vrbium ponunt in accusatiuo. ut eo romã tarentum carthaginem. ut eo illuc venio istuc. Et sic eo domũ humũ rus militiã bellum. Si fiat interrogatio per quorsum quõ respondet dextrorsum sinistrorsum, versus venecias versus tebas versus romam. Si fiat interrogatio per qua quõ respondet. hac illac istac per romam per venecias per vrbẽ Si fiat interrogatio per quo quõ respondet huc illuc intro foras. venecias romam thebas rus. Si fiat interrogatio per quousqꝫ quõ respondetur. hucusqꝫ illucusqꝫ vsqꝫ ad annum vsqꝫ romam vsqꝫ venecias vsqꝫ thebas vsqꝫ ad vrbem vsqꝫ rus vsqꝫ domum bellum militiam humũ Nomina viroꝝ ac mulierum ꝓpria. Item nomina appellatiua hominũ animalium locoꝝ ꝛ aliarum quarũcunqꝫ rerum querunt prepositionem ut sum in vrbe in agro cum socrate. eo ad vrbẽ ad agrum ad socratem. venio ab vrbe ab agro a socrate vel de socrate. Transeo per vrbem per agrum per locuꝫ in quo est socrates. eo versus vrbem versus agrum versus socrateꝫ. eo vsqꝫ ad vrbem vsqꝫ ad agrum vsqꝫ ad socratem Interdũ tamen poete omittunt prepositiones. ut italiã fato ꝓfugus lauinaqꝫ venit littora. Item deuenere locos. Interdũ etiam ꝓprijs nominibus addit prepositio. ut cicero ea die verres ad messanam venit aliquando subaudit prepositio nominibus vrbium. ut virgilius. non libyo nõ ante tyro despectus hiarbas. nominaliter ponit tyro nam si aduerbialit ponere voluisset dixisset tyri in casu genitiuo. Supina etiam prepositione non egent ut eo cubitũ. ꝛ hoc est dignum relatu. pro eo ad cubandum ꝛ hoc est dignum quod referatur.

Uersus semper postponit. ut italiaꝫ versus megaraꝫ. versus Salustius. Quẽ locũ carthaginenses egiptum versus finem

imperii habuere. Cicero de diuinatōe qui cū exercitu lustra to aretium versus castra mouisset. Interdū huic aduerbio iungit ad. ut ad orientē versus. ad occidētem versus.

De nominibus hetroclitis.

Que sunt nomina hetroclita? que non seruant declinationem aliorum nominum ut

Pascua pascue — Pascua pascuorum
Epulum epuli — Epule epularum
Delicium delicij — Delicie deliciarū a delicio fit deliciolum quo verbo utitur seneca in epistolis
Carbasus carbasi — Carbasa carbasorum
Arbutus arbuti — Arbuta arbutorum
Intubus intubi — Intuba intuborum. virgilius et amaris intuba fibris
Pergamus pergami — Pergama pergamorum. edificia sublimia troiana.
Celum celi — Celi celorum
Altilis altilis — Altia altilium
Suppellex suppellectilis — Suppellectilia suppellectiliū
Tartarus tartari — Tartara tartarorum
Superus — Supera superorum
Tenarus tenari — Tenera tenarorum promontorium laconie circa finem malee vnde ad inferos dicit esse descēsus. ostendit enim ibi quedā prerupta vorago per quā dicunt herculem emersisse.
Menalus — Menala orum. mons archadie
Auernus — Auerna norum. lacus prope puteolos dictus ab auibus quod superuolātes nimio fetore decidāt ut virgilius. graue olentis auerni.
Dindimus — Dindima orum. mons phrigie.
Pileus — Pilea pileorum
Garganus — Gargana orum. mons apulie
Gargarus — Gargara orum.
Pax carent — Oracius dixit paces. Bella qs
Uulgus plu — et paces longū diffūdit in euū

Pelagus	ra	Uulgus neutruz caret plurali numero. virgilius. Scindit in certuz studia in contraria vulgus. Sed hic vulgus habet pluralē. Cicero Saturnū maxime colunt vulgi. raro tamen utimur masculino. Uirgilius. In vulgum ambiguas spargit voces
Tellus	li	
Humus	nu	
Plus	me	
Phas	ro	
Ir		
Fors		
Labi		
Nemo		

Duo ambo. z tria declinantur tantum in plurali. ad quatuor a centum sunt indeclinabilia.

Ilia	Compitolia	
Menia	Neptunalia	
Manes	Nundine	
Proceres	Kalende	
Penates	None	
Tenebre	Idus	
Exta	Athene	Carent singulari
Arma	Thebe	
Insidie	Mine	
Artus	Uenecie	
Sponsalia	zizania	
Diuitie		
Mine		
Indutie		
Pisces p signo celesti		
Manes		

Cesares aiaces fabios scipiones dicimus. sed sic non sunt ppria nomina sed appellatiua z equiuoca. Soles z lune a poetis dūtaxat pluraliter ponunt. qz interdum plures videntur ad sensum oculoꝝ. Sanguis z puluis vsu caret plurali Mel. frumētum. ordeū. far. vinum. autoritate habēt pluralia. Auꝝ. argentū. ferrū. auricalcū. plūbum. stānum. electrū vitrum. carent plurali. Tamen es habet era in plurali in tribus casibus. Metallum quod est nomen generale habet

pluralem numerum per omnes casus. Triticum caret nume ro plurali. Frumenta tamen ordea pisa fabas lentes in plu rali numero inuenimus. Acetum mulsum oleū ꝛ similia ca/ rent numero plurali. Mulsum est vnum mellitum. Inuenit etiam aqua mulsa hoc est mellita. Piper ꝛ zinziber ꝛ fel in vsu comuni nō habent pluralia. Mel tres tm̄modo casus habet. ntm̄ accusatm̄ ꝛ vocatm̄ mella thus rus thuris thura ruris rura. Balneum balnei habet plurale. Balnea balne orum ꝛ balnee balnearuꝫ. Locus loci facit in plurali loca lo corum ꝛ loci locoꝝ utrūqꝫ idem significat. tamen loci in mas culino significant etiam sedes argumentoꝝ apud rethores.
Jocus etiam ioca ꝛ ioci habet in plurali.
Balteus similiter baltei ꝛ baltea habet in plurali.
Restrum neutꝝ rastri ꝛ rastra habet in plurali. addunt qui/ dam porrum frenum claustrum filum capistrum.
Rabies sanies caries pernicies scabies. carent numero plu/ rali. cum similibus nominibus quinte declinationis.
Res tamē ꝛ dies acies facies ꝓgenies species materies ha bent numerum pluralem.
Spes tres tantum casus in plurali habet.
Juuenalis post damnū tēporis ꝛ spes deceptas a q̄ nomine compositū est expes habens ntm̄ dūtaxat ꝛ vocatm̄.
Cato facierum dixit secūdum anologiam sꝫ non est in vsu.
Uerua ē plurale huius nominis quod est veru. ꝛ reperiunt duntaxat duo casus verua ꝛ verubus. Uirgilius. verubusqꝫ trementia figunt. Fors non habet nisi forte ut fors fortu na ꝛ forte sua libicis tempestas appulit oris Tabi ꝛ tabo dūtaxat reperit. Frugi indeclinabile est. Uicem dici/ mus ꝛ vice alijs casibus singularis raro utimur. pluralis in/ teger est Precis preci precem ꝛ prece. pluralis ē integer.
Nex reperit apud cicerone ꝛ alios ꝓbos. vnde seminex.
Pontus. aer. ether carent numero plurali. Sal neutri ge/ neris pluralem non habet. masculini habet sales ꝛ salibus ꝓ quadam vrbanitate dicendi. Tractuꝫ verbum a sale ꝙ sicut sal ciboꝝ ita sales condimentum sint orōnis ꝛ dicit etiaꝫ in

singulari. Terencius qui habet salem quod in te est.
Laterem accusatiuus est. non habens alios casus in singulari. raro tamen reperitur latere.
Sponte ablatiuus solus est. ut sponte sua.
Macte in vocatiuo tm̄ inuenit. Dicit tamē macte v̄tute esto
Ador genus farris est aptum sacrificijs deoꝝ. generis neutri ꝛ indeclinabile. Ab adorando dcm̄ priscianus affirmat. At festus pompeius ab edendo uel ab durando dicit appellatum igne enim tostum fiebat.
Uis omnes casus habet ut sentit priscianus.
Interrogatiua. relatiua. infinita. distributiua. carēt vocatiuis Ideo ābo non habet vocatiū qz est distributiū ꝛ secundum priscianum relatiū. Duo v̄o colletiū habet. ꝛ ōnia ꝓnomina carent vocatiuis preter tu meus noster ꝛ nostras.
Os oris ora tm̄ habꝫ in plurali. q̄q̄ꝫ virgilius usus sit oribꝰ
Os ossis in utroqꝫ numero omnes habet casus.
Ops ē dea terre q̄ ꝛ tellus dicit. Sꝫ opis opi opē ope auxilium sign̄t ꝛ facultatem. ut affer mihi opem. id est opitulare mihi. ꝛ virgilius. Grates ꝑsoluere dignas nō opis est nostre id est facultatis. Hec opis nympha q̄daꝫ fuit. cuius poete faciunt mentionem. Opes v̄o pluralit significant diuitias.
Supperie in plurali tm̄ auxilia significant. ꝛ iungit hoc verbum fere semper cum fero. frequētissimum est apud historicos ut suppetias tulit hoc ē presidiū attulit uel misit. Quidā putant ego quoqꝫ ꝓnomē heteroclitum esse ꝙ rectus nullā habeat cum ceteris casibus similitudinē.
Hesperus seu vesperus ē stella q̄ ante noctē apparēs. hesperus seu vesperus seu etiā vesper dicit. virgi. Ante diē clauso componet vesper olympho. Ante lucē vero lucifer dicit. vn̄ fit ut extrema pars diei seu malis noctis principiū vesꝑa dicatur in feminino. vespeꝝ in neutro. Uesper etiaꝫ vesꝑis in masculino utit. virgilius. Unde qui in ꝑncipio noctis salutare volunt. bonum vesperū dicere consueuerūt quod magis censeo probandum q̄ꝫ quod a plerisqꝫ dicit bonuꝫ sero. Cū eñ sero aduerbium sit et tarde significet mala imprecatio ē

optatq; ut bonū tarde eueniat. Melius sane & elegātius di
ceret bonū serum. Nā serum diei apud pbatissimos histori
cos reperit p extrema parte diei. Liuius erat iam diei seru
Ego morez nre religionis sequēs dicere soleo noctē quietā.
Penu etiā aliquando indeclinabile reperit ut apud Actiū
Penu autez optimū est & nihil deest. Dicit tū hec pen⁹ nus
qrte decli. & penus oris. tercie. vba a gellij gellij sunt. Quin
tum sceuolā ad demonstrandū penuz his verbis vsum. Pe
nus est inquit quod esculetum aut potulentū est familie que
opus nō facit causa paratū & penitus reconditū. Unde a pe
nitus penus dicit. nam q̄ ad edendū bibendūq; in dies sin
gulos prandij aut cene causa parant penus nō sunt sed po
tius ea q̄ longe vsionis cā recondunt. Seruius sulpitius ait
Sacco belio placuisse nō q̄ ad esum & potū spectant. s; thus
q̄z & cereos in penu esse. Massuri⁹ sabinus qd iumentoruz
causa apparatū esset. quibus diis uteret penori attributū di
cit. Penu igit ea ōnia ɔtinent que ad victum pertinent. sed
priuatum si mō domi reposita sunt. Nā locus vbi ista repo
nunt Uarrone teste penariū dicit. q̄ vero ad victuz publicū
spectant cōmeatus vocant. Sed vere nihil aliud ɔtinent q̄z
annonam. Non eñ est annona tm̄ frumentaria s; carniuz sa
litarum & aliarum hmōi rerum. Cicero de diuinatōne puta
ret annonā in macello cariorem fore. Repetūdaruz dūtaxat
in genitiuo plurali inuenit. de quo uerbo superius disserui
mus cum de participijs tractaremus.
Indoles nunq̄ fere nisi numero singulari inuenit. significat
autem in pueris & adolescentibus signuz future virtutis. Ci
cero ut eñ adolescentibus bona indole preditis sapiētes se
nes delectant. Quintilianus In primis annis laudaret in
doles. Cicero tamē etiam de viris indolem dixit. De officijs
In quibus est virtutis indoles cōmouent. Idem pro coelio
Siquis iudices hoc robore animi atq; hac idole virtutis &
ɔtinentie fuit. Liuius de lauinia iam matre & imperium ad
ministrante. Tanta inquit in ea virtutis indoles fuit. Luca
nus. indole si dignum latia. si sanguine prisco. robur inest a

idle men pleasure the thylde ... wytte

nimis. Indole quasi generositate quadã virtutis atq3 animi Liuius etiã in malam partẽ accipit. Nam laqueus de hanibale cum hac inquit indole virtutum ac vitiorum triennio sub hasdrubale imperatore meruit.

Copie quando militum multitudinẽ significant tantum pluratiue declinatur. ut copie cesaris. copie pompei. Reperitur tamen etiam in singulari sed perraro. Pompeius ad domitium. Atq3 etiam hortor ut cum omni copia ad me venias. Salustius. postremo ex omni copia Catbiline neq3 in prelio neq3 in fuga quisq̃ ciuius ingenu' captus. Uirgili'. ij. enei. Et que sit mecũ copia lustro. Proprie autem in singulari copia significat facultatem potestatẽq3. ut faciam tibi copiam inspiciendi libros meos id est dabo tibi facultatẽ. Nec iungũtur cum alio verbo q̃ cum facio apud oratores apud poetas vero cum aliis verbis ut cum do das. Uirgilius. postq̃ introgressi et coram data copia fandi. Accipitur etiam plerunq3 copia pro abundantia. ut copia orationis. copia frumenti. Barbare omnes fere etatis nostre vsi sunt copia pro exemplari quod nusq̃ apud doctos reperit.

Excubie et vigilie tantum pluraliter dicuntur hoc autem inter se differunt q excubie diurne et nocturne. vigilie vero dũtaxat nocturne sunt.

Tenebre quando noctem significat pluratiue tantu3 dicitur ut luce et tenebris scribo. pro die et nocte scribo. Differt autẽ prima luce et prima die. nam ibi intelligit prima pars diei et quasi diluculo. hic autem prima dies ita primis tenebris et prima nocte ibi de parte noctis loquimur. hic de ipsa nocte. Si diluculum volumus significare ante lucem dicimus non ante diem. Nam ante diem significat ante tempus. preterq̃ si de certo die loquantur. ut ante diem decimũ kalen. nouẽ. hoc est decimo die ante kalend. nouembris. Ubi notandum est preceptum pauli qui ait ante diem decimum kalẽdarum et post decimum diem kalendarũ eque utroq3 sermone vndecimus dies significat. Ante noctem vero pro crepusculo optime dicimus.

Lues & frues nunq̃ fere pluratiue dicunt.
Presto a plerisq3 inter nomina ponit & nullum hab3 casu3 nec aliter q̃3 cum substantiuo verbo construit vt presto sum. nam presto adsum magis poeticum est.
Instar quoq3 nõnulli nomen esse existimant indeclinabile. & similitudinẽ siue equiparantiã significat ut instar montis.
Scale & scope tm̃ pluraliter dicunt. Et licet aliquando scala inueniat qui ita profert barbarismũ si quintiliano credim⁹ committit.
Liberi pro filijs. pugillares nuptie littere pro epistola carẽt singulari.
Inimicicie dũtaxat in plurali reperitur.

De figuris.

Iguras q̃s greci schemata vocant quõ differunt. Figuram esse dicunt vitiũ cum rõne necessitatis ornatusue g̃tia pmissum. Quõ diuidunt figuras siue schemata. Alia dicunt esse lexeos. alia dianoeas. sed dianoeas ad oratores dũtaxat pertinere. lexeos vo ad grãmaticos. Rursus figura siue schemata lexeos que ad grãmaticos ptinent quõ diuidũt. alias dicunt eẽ orõnis alias locutiõis alias 9structiõis Quid est barbarismus. Est pars orõnis vitiosa que uel scribẽdo vl' loq̃ndo vitiũ 9trabit. apud poetas metaplasm⁹ dicit Quid est soloecismus. Est vitium in 9textu partium orõnis 9tra regula3 artis grãmatice factũ quod apud poetas schema vocat ab asinio capitone imparalitas dictus est & a vetustiorib⁹ scribiligo ut. A. gelius testat. Cauenda ne sunt hec vitia. Profecto elaborãdum est ut prima barbarismi ac soloecismi feditas absit Sed quia aliq̃ñ excusant hec vitia uel 9suetudine vel autoritate vel venustate vl' vicinitate virtutum magna in his diligentia adhibenda est. Quõ adhibenda est diligentia. Docendi sunt pueri qua õnino vitãda sint. ut guerra treuga multotiens pstabit singularissimus & similia. Item que apud scriptores dũtaxat carminũ venia aut laude digna sunt. ut canthus plexenus mappalia. Postrema q̃ insoluta q̃3 orõne a doctis recepta sint. ut cicero ca-

nopitaꝝ exercitū. dicit cū vrbem canobon dicant ꝛ duapondo ꝛ trepondo que in vsu ab hominibus recepta sunt. cum tamen nec dua nec tre apud ꝑbos autores reperiant.
Quot modis committit barbarismus? vno ꝛ viginti. Primo cū orōni latine vocabula barbara cōmiscemus quēadmōm cicero illudens mastrucā quod sardum est vocabulū orōni inseruit ꝑ scauro. Quē purpura inquit regalis non cōmouit eum sardoꝝ mastruca mutauit. Item fit barbarismus additione. detractōne immutatione ꝛ trāsmutatione littere syllabe temporis toni ꝛ aspirationis.
Per additionē quō fiunt barbarismi? Per additionē littere ut relliquias danaū per duplicem l cum per simplicē scribi deberet. ꝛ redintegro ꝑ reintegro per additioneꝫ syllabe ut nos abiisse rati ꝛ niduperator. per additionē tēporis. ut italiam fato ꝓfugus. cuꝫ italia correpta prima syllaba scribere ac proferre deberemus.
Per detractionē quō fit? ꝑ detractionē lr̄e ut immitis achilli ꝑ achillis. per detractionē syllabe. ut repostū ꝑ repositum. ꝑ detractionem temporis ut vnius ob noxam pro vnius.
Per immutationē quō fit? per immutationē littere. ut olli ꝑ illi. per immutationē syllabe ut quom pro cum. Immutationem temporis ut feruere leucatem. cum feruere ꝓducta penultima dici debuisset.
Per transmutationē quō fit. per trāsmutationē lr̄e. ut euandre ꝑ euander. per transmutationē ut si quis displicinā pro disciplinam dixerit. per transmutationē tēporis ut faciūt nōnulli indocti qui dicunt maria prima correpta ꝛ secunda ꝓducta. Item iacobus prima syllaba ia ꝓducta ꝛ co correpta cum plane contrarium sit. Nam maria primam syllabam ꝓductam habet secundam correptam. Jacobus vero quadrisyllaba dictio sit habetqꝫ primas duas correptas ꝛ ꝓductaꝫ penultimā. Toni quoqꝫ per has quatuor species cōmutant. Nam ꝛ ipsi adijciunt detrahunt immutant ꝛ transmutant quorum exempla ultro se offerunt. Totidem etiem modis deprehenditur barbarismus per aspirationeꝫ quam tam in

pnunciando q̄ȝ in scribendo ⁊ adhibere possumus ⁊ tollere q̄ȝq̄ȝ non sit littera sȝ aspirationis nota ut veteres sine aspira tione edos ircosqȝ dixerunt ⁊ graccos. Erupit deinde nimi⁹ vsus. ut chorone chenturiones prechones dicerent ⁊ mehe p me. ut quibusdā adhuc in scriptionib⁹ videri potest. Possunt ne aliis modis fieri barbarismi? possunt. secundū q̄sdaȝ per malas compositiones que dicunt Cacosyntheta in quibus sunt iotacismi metacismi laudacismi. hiatus collisiones ⁊ quecunqȝ plus equo minusue sonantia ab eruditis respuuntur. Sunt preterea qui absurdū putant barbarismum qd̄ est vnius verbi vitiuȝ fieri per numeros aut genera sicut soloecismum. Uerūtamen scala ⁊ scopa contraqȝ ordea ⁊ mulsa lȝ litteraꝝ mutationē adiectionē detractionē non habeant nō alio vitiosa sunt q̄ȝ qꝛ plura singulariter ⁊ singularia pluraliter efferuntur. ⁊ gladia qui dixerunt genere exciderunt

De soloecismo.

E soloecismo multi errant qui eum putant in vna parte orōnis fieri posse ut si viruȝ ostendentes dicamus illā aut ostendentes mulierem dicamus illum. aut interroganti quo pergamus. respondeamus rome. aut obuium vnum salutantes dicamus saluete. Siquidē hec omnia vim perfecte orōnis obtineant. Intelligimus em̄ illum vel illam video. rome pergo tu saluete Quot modis fit soloecismus? Duobus modis. aut per parteȝ orōnis. aut per accidentia partiū orōnis. Per partes orōnis quō fiunt soloecismi? Cū pars p parte ponit̄ ut toruūqȝ repente clamat p torue. nomen p aduerbio positum. Fit etiā in ipsa parte orōis hoc vitium cum ipsa p se nec in suo loco ut ꝯuenit ponit̄ ut cui tū̄ de te licuit p in te. ⁊ apud amicū eo p ad amicū. ⁊ intro sum p inf⁹ sum Per accidentia partiū orationis q̄t modis fiunt soloecismi? Tot modis quot sunt ipsa accidentia. verbi gratia.
Per qualitatem nominū fiunt soloecismi. ut hauriat hunc oculis igneȝ crudelis ab alto. Dardanus p dardanius ppriū pro appellatiuo posuit. Per genera ut valide salices ⁊ a

mare cortices. quamquam supra diximus hic potius barbarismū esse quam soloecismum, pro validi salices et amari cortices.
Per comparationē. ut respondit iuno saturnia sancta dearū pro sanctissima. Per casus. Urbem quam statuo vestra est pro urbs. Per modos verborum ut itis paratis quam primum viri pro ite parate indicatiuū pro imperatiuo. Per significationes ut spoliant eos et corpora nuda relinquunt pro spoliāt. Per tempora. ut cecidit superbum. Ilium et omnis humo fumat neptunia troia pro fumauit. Per personas. ut danai qui parent atridis quam primum arma sumite pro qui paretis. Per aduerbia. ut venio italia pro ab italia et ad romā eo pro romam et intus eo pro eo intro.
Per coniunctiones. ut subiectisque urere flāmis pro ve aut vel
Per prepositiones cum alia pro alia ponitur. ut sub lucem pro ante lucem. aut necessaria subtrahitur. ut siluis te tyrene feras agitare putasti. pro in siluis. Fiunt preterea soloecismi pluribus aliis modis quos reprehēdendo potius quam imitādo possumus notare.
Quot sunt vitia que cum barbarismo et soloecismo cōnumerantur? Duodecim. Barbarismus Soloecismus Acyrologia Cacophaton Pleonasmos Perissologia Macrologia Tantologia Eclipsis Tapinosis Cacosyntheton Amphibologia
Acyrologia est impropria dictio. ut hunc ego si potui tm̄ sperare dolorem sperare dixit pro timere.
Cacophaton est obscura enunciatio in composita dictōne uel in vno uerbo. ut numerumque cum nauibus equat et arrige aures pamphile.
Pleonasmos est additio verbi superuacua ad plenam significationem ut sic ore locuta est.
Perissologia est superuacua verborum additio sine ulla vi rerum. ut qua poterant ibant et qua non poterant nō ibant
Macrologia est sentencia longa et superuacua res non necessarias comprehendens. ut imperator cum exercitu re infecta recto vnde venerat regressus est.
Tantologia est eiusdem rei vitiosa repetitio. ut egometipse

Eclipsis est necessarie dictionis defectus quā desiderare videtur ꝑfecta sentencia ut hec secum decest eiñ locuta est.
Capinosis est alicuius magne rei extenuatio sentencia non id qd ostendit agente ut penitusqȝ cauernas ingentes. utrūqȝ armato milite complēt. ⁊ dulichias vexasse rates in gurgite vasto.
Cacosyntheton est viciosa compositio dictionum ut versaqȝ iuuencum terga fatigamus hasta.
Amphibologia est ambiguitas dictionis que fit aut per accusatiuū ut si quis dicat audio socratem amare platonē. Aio te eacida romanos vincere posse. aut per cōe verbum. ut si qs dicat. Cato iniuste criminaf. ⁊ non addat quē vel a quo. Aut per distinctionē ut vidi statuā aureā hastam tenentem Fit etiam per omonyma. ut si quis dicat aciē nec exprimat oculi vel gladij uel exercitus. Potest etiaȝ fieri alijs modis quos recensere superuacuum est.

De metaplasmo.

Quid est metaplasmus? Est transmutatio quedā recti soliti qȝ sermonis in alteram speciē metri ornatus aut necessitatis causa. Quot sunt species metaplasmi? Quatuordecim. Prothesis. epenthesis. paragoge. apheresis. syncope apocope. ectasis. systole. diheresis. episynaliphe. ellipsis. synaliphe. anthitesis metathesis.
Quid est ꝑthesis? Est appositio q̄dam ad principiū dictōnis littere uel syllabe ut gnato ꝑ nato.
Epenthesis est appositio ad medium dictionis littere uel syllabe ut induperator.
Paragoge est appositio quedā ad finem dictōnis ut dicier ꝑ dici hanc alij paralypsin vocant.
Quid ē apheresis? ē ablatio lr̄e l' syllabe de ꝑncipio dcōnis ꝯtraria ꝑthesi ut temno ꝑ ꝯtemne mitte ꝑ dimitte.
Syncope ē ablatio de media dictione cōtraria epenthesi. ut audacter ꝑ audaciter ⁊ cōmorat pro cōmouerat.
Quid est apocope. est ablatio lr̄e ul' syllabe a fine dictionis ꝯtraria paragoge. ut achilli ꝑ achillis ⁊ potes ꝑ potestis.

Quid est ectasis? est extensio sillabe cōtra verbi naturam. ut italiam fato pfugus. cum italiam primā sillabā correptā habere debeat.
Quid est systole? Est correptio syllabe ꝯtra naturā verbi cōtraria ectasi ut aḡsus orion cuꝫ orion dici dcat pma pducta.
Quid ē diberesis? Est vnius in duas syllabas facta diuisio. ut est aulai in medio libabant pocula bachi pro aule.
Quid est episynalipbe? Est conglutinatio duarum sillabarū in vnam contraria dibereſi ut pbeton pro pbaeton ꝛ eripidem ceruam pro aeripedem
Quid est synalipbe? Est per interemptionē concurrentiuꝫ inter se vocalium lubrica quedā leuisqꝫ collisio. ut atqꝫ ea diuersa penit⁹ dum parte gerunt. Sic quādo abijcit s ut aut ouium foetus aut vrentes culta capellas. Hec a quibusdam synberesis vel collisio nominat
Ellipsis est ꝯsonantiū cum vocalib⁹ aspere cōcurrentiū q̄daꝫ difficilis collisio ac dura ut multū ille ꝛ terris iactat⁹ ꝛ alto.
Antithesis est littere pro littera positio ut olli pro illi.
Quid est metathesis? Est translatio litterarū in alienum locū nulla tamen ex dictione sublata ut euandre pro euander.

De schematibus lexeos.

Schemata lexeos quot sunt? Multa quidē sunt sꝫ magis necessaria sunt decē ꝛ septē. Prolepsis zeuma hypposeuxis syllepsis anadipplosis anapbora epanalepsis epizeuxis panomasia schesonomaton paranomeon bomotoleuton bomoptoton polisyntbeton hyrmos polyptoton dyaliton.
Prolepsis quid est? Est presumptio secutarū rerum ordinem antecedens uel conturbans ut cōtinuo reges ingenti mole latinus conturbant.
zeuma quid est? Est vnius verbi conclusio diuersis clausulis aperte coniuncta ut troiugena interpres diuuꝫ qui numina phoebi. qui tripodas clari lauros qui sydera sentis.
Hypposeuxis quid est? Est figura superiori contraria vbi diuersa verba singulis clausulis adiungunt ut regem adit regem memorat nomenqꝫ genusqꝫ.

Sylepsis quid est? Est dissimiliū clausularꝫ per vnum uerbū ꝯglutinata conceptio. ut hic illius arma hic currus fuit. Itē sunt nobis mitia poma. castane molles ⁊ pressi copia lactis

Anadiplosis quid est? Est cōgeminatio dictionis ex vltimo loco precedentis versus ⁊ principio sequentis ut sequit̄ pulcherrimus astur. astur equo videns.

Anaphora quid est? Est relatio eiusdem verbi per principia plurimoꝫ versuuꝫ. ut nate mee vires mea magna potentia solus. Nate patris summi qui tela tiphoea temnis.

Epenalepsis quid est? Est vbi in principio vsus positi in eiusdem fine repetitio ut ante etiā sceptrū dictei regis ⁊ ante

Episeuxis quid est? Est eiusdē verbi in eodem versu sine aliqua dilatione ꝯgeminatio ut meme adsuꝫ qui feci in me cōuertite ferrum.

Paranomasia quid est? Est quotiens de nomine aliud efficitur nomen. veluti quedaꝫ ꝯgeminatio. ut nam inceptio est amentium aut amantium.

Schesonomaton vl' Synthisionomaton est multitudo nominū simul coniunctoꝫ quodā habitu copulandi. ut marsa manus. peligna cohors festina virum vis ⁊ iterum nubila nix grando ꝓcelle fulmina venti.

Paranomeon quid est? cum ab eisdeꝫ litteris diuersa verba incipiunt. ut o tite tute tati tibi tanta tyranne tulisti.

Homotoleuton quid est? cum simili modo diuerse dictiones sumunt̄. ut eos reduci q̄ꝫ relinqui deuehi q̄ꝫ deseri malui. Item abijt excessit. euasit erupit. Fit etiam hoc schema quotiens media ⁊ postrema versus finem consimili modo sentētie finiunt̄: ut Ecclesiastes. Melius est videre quod cupias q̄ꝫ desiderare quod nescias.

Homioptoton quid ē? cum in similes casus exeunt verba diuersa. ut merentes flentes lachrimantes cōmiserantes.

Poliptoton quid ē? multitudo casuum varietate distincta. ut littora littoribus contraria fluctibus vndas. Imprecor arma armis pugnent ipsiqꝫ nepotes.

Hyrmos quid est? Est series dictionū que tenorem suū vsqꝫ

ad vltimum seruant. ut principio celum ac terras camposq3 liquentes lucentemq3 globum lune titaniaq3 astra spiritus intus alit.

Polysintheton quid est? E multis connexa coniunctionibus dictio. ut athamasq3 thoasq3 pelidosq3 neoptolomeus pri/musq3 machaon.

Dyalithon vel asyntheton quid est? Est figura superiori cõ/traria coniunctionibus carens ut ferte citi flammas. date te la. impellite remos.

De tropo.

Tropus qd est? Est dictio translata a ppria significatiõe ad impropriam necessitatis aut ornatus causa.

Quot sunt tropi? tredecim. methophora. catachrisis. metalep sis. metonomia. antonomasia. epitheton. synecdoche. onoma/topia. periphrasis. hyperbaton. hyperbole. allegoria. homoeosis

Methaphora quid est? Est rerum verborumq3 translatio.

Quot modis fit methaphora? quatuor. Ab animali ad ani/male. ab inanimali ad inanimale. ab animali ad inanimale ab inanimali ad animale. Ab animali ad animale ut typhin aurigam celeres fecere carine. nam auriga 7 gubernator a nimam habent. Ab inanimali ad inanimale. ut pelagus te nuere rates. nam pelagus 7 rates animam non habent. Ab animali ad inanimale. ut athlantis cinctum assidue cui nubi bus atris piniferũq3 caput vento pulsatur 7 hymbri. nam ut hec animalia sunt ita mons animam non habet cui mẽbra hominis asscribunt. Ab inanimali ad animale ut tũ pecto/re robur concipis nam ut robur animam non habet. sic tur/nus cui hec dicunt animam habet. Sciendum est alias me thophoras esse reciprocas. alias vnius partis. Reciprocas ut altum mare celumq3 ꝓfundum possumns enĩ ꝯuertere al tum celum mareq3 ꝓfundum. Unius partis sunt ut germina re vites 7 fluctuare segetes volitare nubes. in his enĩ rebus alas. fluctus 7 germina non inuenimus.

Cathachrisis qd est? ẽ vsurpatio alieni nominis ut sepe par ricidam dicimus qui partem nõ occidit 7 piscinam q̃ pisces

non hab3.hec enim nisi extrinsecus sumerent suum vocabulum non haberent.
Metalepsis quid est? est dictio gradatim pergens ad id qd ostẽdit.ut at pater õnipotens speluncis abdidit atris. Et post aliquot mea regna videns mirabor aristas.
Metonomia quid est? Est transmutatio quedã cuius multe sunt species. Aut eñi ponit quod continet p eo quod continetur.ut nunc pateras libate ioui.aut contra. Crateras magnos statuunt ⁊ vina coronant. Aut per inuentorẽ ostenditur id quod inuentum est.ut sine cerere ⁊ bacho friget venus. Aut contra.ut vinũq3 precant.nam deus est presens. Aut p efficientem effectu3.ut pigrum frigus.pallida mors. Aut effectum efficiens.ut frena spumant.
Antonomasia quid est? Est figura vice nominis posita que a tribus fit. Ab animo ut magnanimus.anchisiades. A corpore.ut ipse arduus altoq3 pulsat sydera. Extrinsecus ut infelix puer atq3 impar congressus achilli.
Epitheton quid est? Superposita dictio cum pprio nomine. nam Anthonomasia vicem nominis sustinet. Epitheton vo nunq3 est sine nomine ut hos mihi predixit luctus harpia celeno ⁊ dia camilla. Fit etiam tribus modis epitheton. ab animo.a corpore.⁊ extrinsecus. His duobus tropis uel laudamus aliquem uel vituperamus uel ostendimus.
ac clarissimis viris indignus esse videaris nimia essz huius
littere inculcatio. ideo videare potius dicendum fuit. Sepe
numero tañ contingit ut iam nulla causa intercedẽte docea
re potius q̃z docearis & intelligare q̃z intelligaris dicat.
In qua re standum est soli aurium iudicio quẽadmodum a
principio diximus.
Uomodo latine dicemus & eleganter.

114

Hier is novv holsom aer heer dyed no man in the pestilen ce this thre monethis. All the borgesses ar cōmen agane in to the touñ except marius; vviche i loue as vvell as the he duell yeet at phalerijs vve looke for hym to morovv or othir morovv So his childe told me thre dayis ago vvhan he send home his hūdis ⁊ his pullet. But that is no thyng to the.

Hic iam aer saluberrimus est. Nemo iam tribus mensibus pestilentia perijt. ciues fere omnes in vrbem redierunt. dū taxat marius quē ego secundū te diligo adhuc phalerios in colit. eum cras aut perendie expectamus. Ita mihi nudius tercius pedagogus eius nunciauit. quū eo die catulos ⁊ pul los domum misisset. sed hoc nihil ad te.

Hic id ē in hac vrbe. Significat em̄ hic quēadmōm supra cum de grāmatice tractarem⁹ diximus locū proximū dicēti Istic locum proximum audienti. Et illic locū remotū ab vtroqȝ Unde si volumus dicere. Heeri is good aer. Hic uel in hac vrbe salubre est celū. Theeri ar svvet medouse. Istic uel in suburbano isto sunt amenissima p[illegible]rata. De fale rijs vero ubi marius est loquentes. Younder ar many foules ⁊ vvalde bestes. Illic siue in illo oppido magna sem per multitudo est auium atqȝ ferarum. In hoc plurimi nrē etatis scriptores errāt. p iste ista istud l' istic scribētes ille il la illud ul' illuc. Misi ad illam ciuitatē dicentes promisi ad istam vrbem. Urbs enim locum significat. Ciuitas multitu dinem ciuium.

Iam quid proprie significat? Aliquando nūc primum. ⁊ qd̄ vernacula lingua dicimus. Nv eerst. Ut hic iā saluberrim⁹ est aer. Aliquando accipitur pro tunc Cicero. Ipa uerba cō pone ⁊ quasi coagmenta quod ne greci quid ē faetitauerūt iam neminem antepones catoni. Aliquando significat pre terea Cicero. Iā quis parentis tui singularē erga me beni uolentiā explicet. quod idē efficit iunctū cū vero. ut iam ve ro vrbibus constitutis. Iāiam de futuro tantum dicit' id est mox ⁊ licet reperiatur cum presenti. ut iamiāqȝ manu tenet

pr

⁊ premit hasta resoluit tamen ad futuruȝ id est iāiam tenebit ⁊ premet. Aliquando per indignationeȝ dicitur. ut apud virgilium. Jamiam nec maxima iuno. nec saturnius hec oculis pater aspicit equis. Jtem per cōmiserationeȝ. Salustius. Jamiam animo meo carissime frater q̄q̄ tibi immaturo et vnde minime decuit vita erepta est tamen letādum magis q̄ dolendum puto. Jtem per exhortationē ut liuius. Jamiā erigite animos tela sumite. obuiam ite hostibus. habetis in manibus victoriam.

¶ Que differentia est inter salubrem ⁊ sanū? Saluber siue salubris dicit quod saluti conducit ut aer. cibus. potus. exercitatio ⁊ similia. Sanus uero cui salus inest ut homo ⁊ animalia. Salubre est quod dat. Sanuȝ quod accipit salutem. quēadmoduȝ differunt psper ⁊ felix quia prosper dicit qui dat psperitatem. felix qui accipit ut sydus psperum dicit sub q̄ natus est qui felix significat futurus. Felix igit homo dicit Dij autem potius prosperi. similiter loca. actiones. successus prosperos dicimus. Aliquando tamen confundunt. ut Suetonius prosperam cesaris valitudineȝ dicit. Et virgilius sis felix nostrūqȝ leues quecunqȝ laborē. Sic etiam dicimus interdum sanum cibum. sanum potum. ⁊ Salustius dicit. Genus hominum salubri corpore. Jn epistolis tamen seruāda in primis est verboꝝ proprietas. Notandū autē q̄ capit aliqñ celū p aere. vnde dicere possumus. hic tā aer saluberrimus. hic saluberrimū est celū. hic est celi siue aeris salubritas. Celum est dementius solito ⁊ similia. Nemo iam tribus mensibus pestilentia perit. Liceret ne dicere nemo iam tres mensibus pestilentia perijt. An est aliqua differentia si tps in ablatiuo ⁊ si in accusatiuo ponat. Jneruditi dicūt per ablatiuum significare tempus interruptū ⁊ nō ꝯtinuatum ut si dicamus magni estus fuerunt hoc anno cuȝ non toto āno sȝ aliqua āni parte fuerint. Per accusatiuū vero significari tps continuū sine interruptiōe. ut cicero. q̄q̄ te marce fili annuȝ iam audientem cratippū. q̄ marcus integrum annum. hoc est singulis diebus ⁊ sine intermissione cratippum audisset.

Frustra excogitata est hec differentia cum falsa sit. Nam si in accusatiuo significaret tempus ɔtinuum nõ oporteret ad dere vel potius nõ liceret addere cõtinuos. At cicero pro le ge mãlia inquit. At hercule aliquot annos ɔtinuos ante le- gem gabiani ille populus romanus cuius vsqȝ ad nostraȝ memoriam nomen inuictum in naualibus pugnis perman serat magna ac multo maxima parte nõ modo vtilitatis sed dignitatis atqȝ imperij caruit. Et virgilius. Hic iam ter cen tum totos regnabit annos. Si per accusatiuũ tempus mini- me interruptum significaret non oportebat addere totos. Dicẽdum est igit ꝙ indifferenter vtimur ablatiuo more la tino ꝛ accusatiuo instar grecoruȝ. nihilqȝ differt si dicamus audiui platonem decem ãnis ꝛ decem annos audiui plato nem. Sed illud fortasse veriꝰ precipit cum de parte non de toto tempore loquimur nõ licere per accusatiuũ loqui sed per ablatiuum quale est ego hoc anno ad te veniam. id est aliꝗ tempore istius anni quod non recte diceres hunc annum. Illud preterea notãdum ꝙ dicimus proximis diebus veni in affricam. Et cicero quis his paucis diebus pontifex factꝰ est. ꝛ in futuro paucis diebus eram domesticos tabellarios missurus. ꝛ triduo aut ad summum quadriduo periturum. Et salustius. lagati triduo nauim conscendere. Hec õnia non per superiores dies ꝛ per triduũ ꝛ per paucos dies expõne da sunt sed intra superiores dies. intra paucos dies. intra tri duum aut quadriduũ. Illud quoqȝ animaduertẽdum ꝙ ali quando in hoc genere sermonis omittimꝰ post vel ante. ut triduo ꝙȝ ad te veni confeci omne negociũ. ꝛ decem diebus ꝙȝ ad te venirem acceperam a cesare litteras hoc est decem diebus anteꝙȝ ad te uenire. In vrbem redierunt hoc est re- uersi sunt. Possũmus etiam elegantissime dicere reuerterũt Secundũ te quid proprie significat? Post te. Secundũ enim multa significat. Primo habet notissimum illum sensum ut secundum platonem loquor. Secundũ pythagoram disputo Aliquãdo significat iuxta. Uirgilius. Dulcibꝰ illa quidẽ ille cebris ꝛ plena scẽm flumina. Sulpiciꝰ duo vulnera accepisse

secundum tur uni citer

vnum in stomacho. alterum in capite secundum aurem. Secundum aurem ꝛ secundū flumina id est iuxta aurem ꝛ iuxta flumina quod ea ratione fit quia quod secunduꝫ a primo est iuxta est. Aliquando significat post ob eādem rationem ut hoc loco secundum te id est post te. Quintilianus. Nam quod vnum mihi secundum patrem fortuna videbatur parasse presidium id ego separare in illa forte non poterā. Cicero proxime autem secundum deos homines maxime vtiles esse. Secundum etiam accipit pro eo quod est pro ut secundum te litem do secundum me iudica. id est do litem pro te ꝛ tu iudica pro me. Et pro in ut secūdum quietē id est inter dormiendum. Cicero. secundum quietem visus est repente adesse id est in quiete. Incolit. id est habitat ꝛ de exteris dūtaxat dicitur. Hinc dicunt inquilini ꝛ incole. Sunt autem incole ꝛ inquilini qui in alieno habitāt oppido. Oppidani vero qui habitant in suo.

Eum cras aut perendie expectamus. quid significat perendie? Id quod vulgares dicunt post cras. Dicitur eniꝫ perendie de die sequenti crastinū diem. dictūqꝫ est ut quidam putant quasi perempto die vno cicero ad atticum. Facies igitur cras aut ad summuꝫ perendie. Hinc dicitur dies perendinus. hoc est dies ab hinc tercius. Cesar in cōmentariis. Quod si per te liceat perendino die cum proximis hibernis coniuncti cōmunem cum reliquis belli casum sustineant. Unde comperendinare apud aliquos reperitur id est in longum de die in diem differre. Pridie vero ꝛ postridie quasi idem significant quod heri ꝛ cras dictūqꝫ est pridie quasi priori die ꝛ postridie q̄si posteriori die. Sed nōndum q̄ magnaꝫ elegantiam habēt hec duo vōbula. Pridie eni nō significat heri a die p̄nti. neqꝫ postridie siḡt cras a die presenti. sed ab altero q̄dam die. Unde pridie dicitur non solū de tp̄e preterito sed etiā de futuro. ꝛ postridie non solū de futuro sed etiā de preterito. Hoc est vtrūqꝫ dicitur tam de p̄terito q̄ꝫ de futuro. De preterito sic. Pridie q̄ꝫ cesar vrbē intraret p̄fecti sunt ei obuiā patres. De futuro sic. Pridie q̄ꝫ iter ingrediamur pe-

tamus a cesare cōmeatum .i. die precedenti quo cesar vrbē intrauit ꝛ nos iter ingrediemur. Item postridie de preterito sic. Postridie ꝙ cesar vrbem intrauit ōnes legati discesserunt. Et de futuro. Postridie ꝙ cesar discesserit mihi quoqꝫ erit abeundū. Jungunt hec aduerbia aliquādo cum genitiuo ut pridie huius diei. ꝛ postridie eius diei. aliquādo nec ꝙ habent nec genitiuū sed intelligit genitiuus vel ꝙ. vt venit ad me cremes postridie clamitans. hoc est postridie eiꝰ diei quo hec gesta sunt vl' postridie ꝙ hec gesta sunt. Et cū domum tuā venissem ut te conuenirē. Audiui te pridie discessisse id ē pridie eius diei quo ad te veni. vel pridie ꝙ ad te veni. Dicimus tamen pridie kalendas ꝛ pridie nonas et pridie ludoꝝ circensium ꝛ postridie nundinaruꝫ.

Alsic thuys ghegaen vvas om hem te spreken/seide hi mi dat ic tsanderdaechs vveder quame.

Cum domuꝫ ut eum conuenirē iuissem dixit mihi postridie redeas. Male dicit. Debet eñi dici cras redeas. nunꝙ eniꝫ dicimus postridie vel pridie huius diei sed cras vel heri. sicut cras ꝛ heri non dicimus de diebus iam preteritis aut futuris ante uel post proximū. Dicēdum itaqꝫ fuit dixit mihi cras redeas. vel mihi ut postridie redirē dixit. ꝛ non ut cras redirem dixit. intelligeret eñi cras de die hunc quo loquor sequenti ꝛ non de crastino illius diei quo domuꝫ iui. Ex pridie fit denominatiuū nomen pridianus pridiana pridianum quod dicit non modo de die precedenti hodiernū sed de q̄libet die aliquē diem precedenti in quo significato accipit etiā hesternus hesterna hesternum. Terentius. Jure hesterno panem atrum vorent non de hesterno die dixit sed q̄uis die alterum precedēte. Suetonius in vita teberij Solēnibus ipse cenis ꝛ pridiana sepe ꝛ semesa obsonia apposuit. Ideꝫ in vita caij. Marcente iam stomacho pridiani cibi onere. Jurisconsulti nostri temporis multum a veteribus illis differētes exponunt postridie post terciū diē ꝛ pridie pro eo quod est nuper siue proximis diebus atqꝫ huius tam insignis erroris multos sequaces habent cuius erroris autor fuisse vi-

detur conterraneus noster ⁊ fere ex matre gentilis bartho-lus. Atqui postridie non format denominatiuū postridianus sicut pridie pridian⁹. Sed p postridiano vtimur hoc vocabulo crastinus crastina crastinuꝫ quod significat non mō diem sequentem hodiernū sed etiam quelibet aliuꝫ diem sequentē. Virgilius. Si vero ad solem rapiduꝫ lunasqꝫ sequentes ordine respicies nunq̄ꝫ te crastina fallet hora neqꝫ insidijs noctis capiere serene. Nudius tercius quid proprie significat: Nudius tercius dicit̄ de die antecedente diem hesternum sicut nudius quartus de die antecedente diem terciuꝫ vt si hodie kalende sint ⁊ dicā nudius tercius ad te veni intelligit̄ tercio kalēdas. ⁊ si nudius quartus q̄rto kalendas Cur ita dicunt̄ nudius tercius ⁊ nudius quartus: Dicta sunt quasi nunc de die tercio ⁊ nunc de die quarto. Procedimus ne amplius ⁊ dicimus nudius quintus. nudius sextus ⁊ reliqua Minime. licet plautus per licentiā his aliquando vsus fuerit. Nam quod in philippicis legit̄ nudius terciusdecimus error est. Dicimus itaqꝫ nudius tercius ⁊ nudius quartus tm̄ sicut biduo triduo quatriduo tm̄. ⁊ binoctio trinoctio quadrinoctio tantum.

Cur non dicimus ⁊ nudius secundius queadmodū tercius ⁊ quartus. Sicut dicimus biduo triduo quadriduo binoctio trinoctio quadrinoctio. Quia pro nudius secundus habemus heri. ideo nec secundo kalendas dicimus quia pro secundo habemus pridie ⁊ dicimus pridie kalendas.

Pedagogus dicit̄ non ludi magister. sed his quē domi tenemus ad sequendos atqꝫ erudiendos pueros nostros. Est autē grecum vocabulū dictum a po tis paidon as osis hoc est a pueroꝝ educatione. Nunciare quid pprie sig̃t. Nunciare est uerbis alicui⁹ absentis aliqd significare. ⁊ qd̄ triuiali lingua dicit̄. To tel. Verbi gratia. Marius tellys to the that vvylbe at home shortely. Marius nunciat tibi se ppediem affuturū ⁊ tam is qui nūcio rem cōmittit q̄ꝫ ipse nūcius nunciare dicitur ut si helius perottus libertus nr̄ nunci⁹ a mario veniens dicat. nuncio tibi pyrrhe verbis marij.

ꝛ marius nũciat tibi verbis meis. A nuncio nuncias dicit nuncius ꝛ tã eum qui nunciat significat q̃ȝ id quod nunciat vt venit ad me nũcius tuus helius perottus libertus noster Et non potui nõ cõmoueri ob infelicem nunciũ de obitu Camille sororis tue hoc est ob infelix nouũ. Seruius grãmaticus scribit ꝓ nouo nunciũ in tercio genere dici. Sed ubi id repperit. ipse si potest dicat.

Catuli ꝛ pulli quid ꝓprie sunt? Catuli licet a canibus dicti esse videantur significant tamen non solum filios canum sed omniũ feraruȝ. Unde ꝛ muriũ catulos legimus. Pulli vero pecudum dicunt. ut pulli equoꝝ. muloꝝ. asinum ꝛ similium. ꝛ fetus auium siue piscium. q̃ȝq̃ȝ hoc vltimũ generalius nomen sit. Unde fetificare accipimus ꝓ parere. ꝛ feturam pro partu. que ad omnia animalia muta pertinent. ceruoꝝ. caprum. capreolorum. damarũ. lepoꝝq̃ȝ ꝛ similiũ hinnulos dicimus. serpentũ catulos. ut virgilius de colubro. catulos tectis atq̃ȝ oua relinquens. Dicunt etiã catuli immaniũ pisciũ qui oua non edunt. Reperit tamen aliquãdo pullos de auibus dici. A. gellius. pullis iam pulmantibus. Idem. Pulli etiam tunc inuolucres erant. Unde pullastra apud Uarronẽ dicit que est parua adolescensq̃ȝ gallica. Nomina enĩ in aster diminutiua sunt sepenumero. ut surdaster qui male audit non tamen õnino surdus est. ꝛ recaluaster qui non toto capite sȝ sola fronte caluus est.

Nihil ad te quid ꝓprie significat? aliquando intelligit pertinet. sicut h̃ loco ꝛ significat nihil ad te pertinet. Aliquñ signt nihil est in cõparatione tui ꝛ qd̃ vernacula lingua dicim⁹. He is no thyng to the. Ut si dicam. Quintilian is a wel spoken man but no thyng to tully. Quintilianus est elo quens sed nihil ad ciceronem. Helia perott is fayr but no thyng to penolope.

Helia perotta est pulchra sed nihil ad penelopẽ perottam. Cicero. Lucium volo quem cognouimus virum bonuȝ ꝛ nõ illitteratum sed nihil ad persium id est nihil in comparatione persij. Therencius. Est ne thais ut fertur forma? Sane.

sed nihil ad nostram hanc.hoc est nihil fere ad comparatio
nem nostre.

Uomó latine dicemus.

Take heed novv that thovv kepe the hoyll. And make red
dy to come agan O happy and verry mery day vvhan vve
shall brase the in our harmes ꝛ kyse the adieu fair vvele.
Cura vt valeas teqꝫ ad reditū para. O felicem illum ꝛ vere
iocundū diem quo te amplecti oscularíqꝫ poterimus. Uale.
Cura ut valeas.hoc est da operam ut valeas. Interdū dici
mus cura valitudinē tuam. Dicimus etiam cure tibi sit vali
tudo tua ꝛ curam habeas valitudinis tue. Curare autem a
cura dicit ꝙ ea que curamus cum quadā animi sollicitudi
ne agere videamur.est enī cura animi sollicitudo.dicta qua
si corura.ꝙ scꝫ cor vrat. Ponit tamen cura pro studio ꝛ dili
gentia ut studijs litterarum ōni cura atqꝫ industria incūbo.
O felicem illum ꝛ vere iocūdum diem cur potius in accusa
tiuo dicimus q̃ꝫ in vocatiuo cum o aduerbio semper soleat
iungi vocatiuus. Multis modis solemꝰ ponere o aduerbiū
Aliquando cum nominatiuo. Uirgilius. O fortunati quorū
iam menia surgunt. Aliquando cuꝫ accusatiuo ut o fortuna
tos nimium sua si bona norint agricolas. Jungimus etiaꝫ o
cum prima ꝛ secunda persona.ut o me miserū.o te infeliceꝫ
Aliquādo cum nominatiuo ut o ego infelix qui alioꝝ culpa
huc redactus sum. Aliquando o pretermittit ꝛ tamen sermo
eādem vim habet ut indignuꝫ facinus.pro eo quod est o in
dignum facinus. Et cicero.hominē neq̃ꝫ pro o hominē neq̃ꝫ
Et nōndum ꝙ non est aduerbiū vocandi inhis locis sed mi
serendi uel indignandi.

Osculari ab osculo dicit.osculū aūt interdū sigt paruū os. ē
enī diminitiuū huius nominis os oris. Interdū sigt qđ basiū
dicimus. eo ꝙ basiantes restringunt labia ꝛ os diminuitur
Hoc aūt inter osculū ꝛ basium interest. ꝙ osculū pij amoris
ē ꝛ caritatis sine aliq̃ cogitatione libidinis vt patris in filiū
ꝛ fili in parentes. Basiū vo lasciuū est ꝛ inter amātes. Eadē
q̃ꝫ differentia est inter basiare ꝛ osculari. q̃ꝫq̃ꝫ. osculari ꝛ oscu

lum aliqñ etiã in lasciuiã accipiant. Suauiare etiã dissua uiare signt osculari & in vtrãq3 partem accipit. & suauiũ dicit basiũ a suauitate ut opinor dictũ. & ideo magis pprie in lasciuam partem accipiendũ est. Plautus meũ suauiolũ dixit.

Meum suauiolũ mea suauitas.

Quomodo latine dicemus.

wreten at viterbe. xxix. day of october the yeri of our lorde a thousand. cccc. lxvii.

Viterbij qrto kalendas nouẽbris ãno salutis. M. cccc. lxviij. Cur potius viterbij q̃ viterbio scribendũ ẽ? Utroq3 mõ scribi põt recte. Et preponit aliquãdo h verbũ date. sbintelligitur lrẽ. Quod si date nõ ponat nihilominus intelligit id verbũ Itaq3 littere tradunt tabellario in vrbe Brũdusij in castris in littore apud ephesum in thusculano. Et sicut dicere possumus accepi litteras quas rome siue in vrbe liberto meo dedisti. Ita possumus in calce litterarũ scribere rome. hoc est date sunt littere rome. in vrbe in castris & reliq. Sic etiã queadmõm dicere possumus. Accepi litteras quas liberto nostro ad me ex vrbe siue ex castris siue brundusio dedisti. ita possumus dicere date ex castris. ex vrbe. brundusio. roma. Itaq3 potes si velis ponere, date siue scripte. potes etiam omittere. Nomina etiam oppidorũ vnde scribunt in genitiuo siue ablatiuo ponere potes. hoc est cum significatione in loco aut de loco. vel in datiuo & ablatiuo si sint tercie declinationis q si tantum pluraliter declinãtur in ablatiuo tantũ. Si vero composita sunt in ablatiuo cũ prepositione in uel apud vel ex. vt in monto alte. apud montem altum. & ex monte alto. Potes etiã scribere domi. ruris. militie. belli. & domo. rure. militia. bello. Quarto kalendas nouembris quid proprie significat? aut que sunt kalende et vnde dicunt? Quarto kalendas nouembris. significat antepenultimũ diem octobris. Unusquisq3 eñi mensis diuidit in kalendas nonas et idus. Primus dies vniuscuiusq3 mensis dicit kalẽde in numero plurali. Dicte autem sunt kalende apo toy kalo quod est voco. q eo die minor pontifex kalata hoc est vocata

in capitolium plebe iuxta curiam kalabrã q̄ edibus romuli ꝓpinqua erat. quot dies a kalēdis ad nonas superessent ꝑ nunciabat. vnde ⁊ ipsa curia kalabre nomē accepit. ⁊ classis appellata ꝙ omnis in eã populus vocaret. Dies vero qui ē ante kalendas hoc est vltimus dies precedentis mensis di- citur pridie kalendas quasi primo die ante kalendas. Qui uero ante hunc diez est dicit tercio kalendas. ꝙ tercius sit a kalendis. Sic precedēs hunc quarto kalendas ⁊ hūc rur sus precedens quinto kalendas quousqꝫ ad idus peruene- ris. None vero qui dies sunt aut vnde dicunt? Ex duodeciꝫ mensibus in quos annus distribuit. Quatuor nonas habet octauo die mensis scꝫ martius maius iulius ⁊ october. Reli- qui vero menses nonas habent quinto die. Unde in quatu or mensibus supradictis primus dies kalende. Secundus sexto nonas. Tercius quinto nonas. Quartus quarto nonas Quintus tercio nonas. Sextus pridie nonas. Septimus no ne. In ceteris vero mensibus primus dies kalende. Secun dus quarto nonas. Tercius tercio nonas. Quartꝰ pridie no nas. Quintus none. Notandū em̄ ꝙ quēadmōm non di cimus nudius secundus sed heri. nudius tercius ⁊ nudius quartus ita non dicimus secundo kal'. secundo nonas. secū- do idus. sed pridie kal'. pridie nonas pridie idus ⁊ postea. Tercio nonas. tercio kalen. tercio idus. ⁊ sic de reliquis. Di cunt autez none vel q̄si noue. ꝙ ideo minor pontifex nume rum dierum qui ad nonas superant calādo h̄ est vocando populum ꝓdebat ꝙ post nouā lunam oportebat nonaꝝ die populares qui in agris erant in vrbem ꝯfluere. ⁊ causas fe- riarum a rege sacroꝝ accipere ⁊ quod eo mense faciendum esset intelligere. vnde none dicte quasi noue initium obser- uationis. vel ꝙ ab eo die ad idus sp nouē dies cōputent Idus qui sunt aut vnde dicunt? Unusquisqꝫ mensis habet octo idus. vnde in superioribus quatuor mensibus martio maio iulio ⁊ octobre qui sex habent nonas. idus est quinto decimo die mensis. In ceteris uero qui q̄tuor habent nonas die terciodecimo. Unde in illis q̄tuor octauo die incipimꝰ

dicere octauo idus τ sequenti die septimo id⁹ τ sic deinceps vi.v.iiij.iij.idus pridie idus τ idibus. In ceteris vero mensibus a sexto die incipim⁹ dicere.viij.idus.τ septimo die septimo idus.τ octauo die sexto idus τ sic deinceps. Finitis idibus. Si sint menses ianuarij uel augusti vel decembris qui hi menses habent vnū τ triginta dies τ dūtaxat q̄tuor nonas dicimus statim.xix.kalēdas septēbris si augustus sit ul' ianuarij si sit mensis decēbris vel februarii si mensis ianuarij sit. Quippe is dies est decimusoctauus ante kalendas.et cū vltim⁹ dies dicat̄ pridie ka. penultim⁹.iij.ka .an̄ penultim⁹ q̄tuor ka.τ sic de ceteris.merito hic erit.xix.kalē. Si vo sit mēsis februarij statim post idus dicimus sextodecimo kalēdas. Martij nisi forte sit bisextus.tunc em̄ quia februari⁹ habet nouem τ viginti dies τ quatuor nonas dūtaxat.statiꝫ post idus dicim⁹.xvij.kalen.martij. Si aūt sint menses aprilis.iunij.septēbris τ nouēbris.qui triginta dies habent τ dūtaxat quatuor nonas statim finitis idibus dicimus.xvij.kalendas iunij uel augusti uel nouēbris vel decēbris. Quod si reliqui menses fuerint hoc est martius maius iulius τ october.qui dies vnum τ triginta habent τ nonas sex statim post idus dicimus .xvij.kalen. aprilis aut iunij aut augusti aut nouembris quod ut summatim colligat̄ sit hec regula. Menses qui vnū τ triginta dies habent si quatuor nonas habeāt incipiunt a.xix.kalen. Si sex habeant nonas a.xvij. kal'. Februarius semper a.xvi.kalen. incipit nisi sit bisextus Reliqui menses semper a.xviij.kal.incipiunt. Idus autē nomen a thuscia translatū est. Dicunt em̄ illi item.quod verbū interpretant̄ iouis fiduciā.nā cum iouē accipiamus pro lucis autore. Vn̄ lucretius a salus vocat̄ τ cretenses phosphoron vocitant. Romani q̄ꝫ diespitrem quasi diei patrē appellauerunt optimo iure is dies itis hoc est iouis fiducia vocatur.cuius lux non finit̄ cum solis occasu sed splendorē diei τ noctis ꝯtinuat ꝑpter claritatē lune quod semper in plenilunio hoc est medio mensis fieri solet. Alij existimant idus quasi vidus a videndo dictas esse u littera detracta q̄ꝛ tunc

plena luna videat. Melius diceret apotoy eidein deriuari quod significat videre et hinc tractum est video addita u consonante. Sicut qui existimant idus dici apotoy eidoys hoc est a specie. quod eo die luna plenissimam speciem ostendat. Alii censent ab ioue idus dici que omnibus idibus ioui immolatur. hanc idulam thusci vocant. Nonnulli quod verisimilius est opinantur idus vocari quod is dies diuidat mensem. iduare enim etrusca lingua est diuidere. vnde vidua dicta est quasi viro diuisa. Hoc loco non dubium est quod hac mensium diuisione soli latini vtuntur. Cetere enim nationes duntaxat in dies et septimanas menses distingunt. vnde cesar Augustus ut erat faceto ingenio cum aliquos non soluturos existimabat. ad kalendas grecas soluturos aiebat. i. nunquam soluturos cum mille sint apud grecos kalende. Illud quoque notandum est quod dicimus tercio kal. idus et nonas. Tercio kalendarum iduum et nonarum. Item pridie kalendas et pridie kalendarum. postridie kal. et postridie kalendarum. Item tercio kal. et ad tercium kal. Quarto kal. et ad quartum kal. Hoc tamen interest inter tercio kal. et ad tercium kal. et similia. quia per tercio kalen. quarto kalen. et huiusmodi determinatus dies et certus significatur qui est tercius aut quartus a kal. Per illud vero quod dicitur ad tercium aut ad quartum kal. non intelligimus ipsum tercium diem aut quartum a kal. nec aliquem tercium diem sed diem aliquem illi propinquum. et perinde est dicere ad tercium kal. ac si diceremus circiter tercium kal. potest tamen aliquando poni ad tercium siue quartum kal. pro ipso die tercio aut quarto kalendarum. ut si dicam ab hoc die vsque ad quartum idus decem dies intersunt. Nec illud pretermittendum est quod dicimus kalendas ianuarij et ianuarias. februarij et februarias. martij et martias. aprilis duntaxat et non aprilias. maij et maias iunij et iunias. iulij et iulias et quintilis. augusti et augustias et sextilis. septembris et septembrias et septembres. octobris et octobrias et octobres. nouembris et nouembrias et nouembres. decembris et decembrias et decembres. Cur iulius et augustus dicuntur quintilis et sextilis? Rogare potius debuisti cur quintilis et sextilis iulius et augustus dicantur. Illa enim horum mensium propria nomina fuere. hec postea imposita sunt. Veteres dumtaxat

decem menses habuere eratqz apud eos annus.ccc.iiij.die/
rum sex menses id est aprilis iulius sextilis septẽber nouē/
ber december singuli triginta dies habebant. Reliqui vero
quatuor hoc est martius maius quintilis october. vnum z tri
ginta dies singuli continebant. Hanc anni ordinationẽ pri/
mus Romulus fecit z primum mensem genitori suo Mar/
tij dicauit z ab eius nomine martium appellauit. Secundū
vocauit aprilem uel a spuma q̄z greci aphron vocant. vnde
venus aphrodity dicit᷑ qꝛ ex ea orta credatur z sic cum aspi
ratione scriberetur haprilis. Quippe ex venere natus est ae
neas. Et ideo primi duo menses anni iure videntur dicati
martij z veneri geminis romane vrbis conditoribus. Uel a
prilem dixit quasi aperilem eo qꝛ hoc mense z celum quod
nubibus obductum fuerat. z mare quod clausum fuerat na/
uigantibus z terre quas imbres niues glaciesqz contexerāt
aperiantur quinetiam arbores frugesqz parturiant. Unde
Uirgilius inquit. Et nunc omnis ager nunc omnis parturit
arbos. Nunc frondent silue nunc formosissimus annus Ter
cium mensem z quartum romulus maium z iunium appel
lauit qꝛ cum populum romanum in maiores iunioresqz di/
uisisset ut illi consilio hi armis rempublicam tutarentur in
honorem vtriusqz partis duos menses censuit nominandos
esse. Aliqui tamen putant maiuz a maia mercurij matre ita
dici qꝛ hoc mense mercatores omnes maie mercurioqz sa/
crificabant. Junium vero dictum esse primo iunonium dein
de post longum tempus detracta no iunium dictum. siue qꝛ
edes iunoni monete kalen. iunij dedicata est siue qꝛ hic mē
sis iunoni sit sacer. Alij tamen existimant iunium a iunio
bruto appellatum esse qui primus rome consul fuit qꝛ ka/
lendas iulij expulso Tarquinio sacrum in monte celio fece/
rit kalende iunie dicte sunt fabarie. quia hoc mense adulte
fabe sacrificijs adhibentur. Hinc sequitur quintilis sic dic
tus qꝛ in ordine quintus sit. Deinde sextilis qꝛ ~~sit~~ sextus.
Postea september. october. nouember. z december. qꝛ sint
septimus octauus nonus z decimus. Ceterum quintili Ju/

lii nomen in honore iulij cesaris positum fuit legem ferente M. Antonio consule quod eo mense procreatus esset iulius cesar Similiter sextilis appellatus est augustus senatu ei hunc honorem decernente quod eo mense primum consulatum inuisset triumphos tres in vrbem intulisset et aegiptum in potestatem populi ro. redigisset. Statuerat etiam domicianus ut nomine suo october vocaretur sed post mortem eius id nomen tamquam infaustum ex omni ere et saxo deletum est. Post romulum numa pompeius aliquanto peritior huic anno. l. dies addidit quibus adiecit alios sex retractos ex singulis illis sex mensibus qui. xxx. habebant. Et ex his constituit duos alios menses quos his decem preposuit vocauitque primum ianuarium tamquam bicipitis dei mensem respicientem ac prospicientem transacti anni finem et futuri principium. Secundum dicauit februo deo lustrationum, vocauitque februarium quod ciuitas eo mense lustrabatur. Postremo gaius cesar. ccc. lxv. dierum annum constituit quo spacio addito quadrante sol zodiacum circuit et ne quadrans deesset constituit ut quarto quoque anno sacerdotes qui curam de mensibus ac diebus habebant vnum intercalarent diem ante quinque vltimos mensis februarij dies idque bisextum nominauit.

Mensis unde dicitur? Grecum vocabulum est. illi enim myna dicunt Annus vnde dicitur? Quidam existimant ab an dictum esse quod verbum antiqui dicebant pro circum vnde dicitur ambo id est circundo et Cato an terminum dixit pro circum terminum quod annus in seipsum reuoluatur. quia sol semper ab eodem ad eundem terminum reuoluitur. Unde virgilius. Interea magnum sol circumuoluitur annum. Annum salutis dicimus quo deus optimus maximus humanum genus legato filio suo a perpetuo exitio liberauit. et quemadmodum veteres olim per olympiades et romani per consules tempora distinguebant. Ita nos per annum nos quam annum salutis sequuntur distinguimus a quo tempore agitur nunc annus. M. cccc. lxviij.

A nunc totam epistolam nicolaus perottus pontifex syppontinus pirrho perotto fratis filio salutem plurimam dicit.

Reddite mihi fuerunt littere tue que magnam nobis voluptatem

attulerunt. Ex his em̄ intelleximus tibi bene esse & me abs te nō mō diligi sed etiā vehementer amari. Ego qʒ mi pyrrhe amo te mutuo teqʒ non secus ac vitam ꝓpriam caru habeo. & cū sine te sum dimidio anime mee carere videor. Q̄d nisi dignitatis mee rōnem haberē aduolarē mox in suburbanum tuum. meqʒ vna tecū cum prediolis tuis & pomariolis & ouiculis oblectarē. Legerē tecum oluscula. decerperem vuas. colligerē poma. adessem vindemie. mustū de lacu gustarem. nec ab his que agere fere omnes hoc tempore ꝯsueuerunt abstinerē. Luderē ēt interiʒ tecū ludis nō iniocundis nō scʒ in cāpo saltu aut gladiatorijs ludis siue alijs q̄ lassuʒ ac defatigatū reddere corpꝰ ꝯsueuerunt. sed per siluas & colles & saltus & nemora tecum deambulans ac lusus tuos sinu gerens. Ipsas etiā camenas ad ludū excitarē vbi nemo essʒ qui nos licentie accusaret. & si quis esset facile ipsam solitudinem excusaremus. Sed postq̄ʒ venire ad te ipse non possum par est ut tu ad nos reuertaris. quod si feceris ōnia nobis ex sentencia succedēt. Neqʒ em̄ possum de te absente pꝰ hac nō esse sollicitus & tibi adhuc adolescenti ne dicam puero aliquādo nō timere ꝙ in dies magis optimaꝝ artiū studijs incumbas. gaudeo mirū in mōm & tibi ḡtulor ac deo ḡtias ago ꝙ talem tibi mentē prestiterit. Teqʒ spero nō commissurum ut patre atqʒ auo tuo optimis ac clarissimis viris indignus esse videare. Hic iam aer saluberrimus ē. Nemo iam tribus mensibus pestilētia perijt. ciues fere ōnes in vrbem redierunt. Marius dūtaxat quē ego secundū te diligo adhuc. Phalerios incolit eum tamen cras aut perendie expectamus. Ita mihi nudius tercius pedagogus eius nunciauit cum eo die catulos eius & pullos domū misisset. sed ħ nihil ad te. Cura ut valeas teqʒ ad reditū para. O felicē illum & vere iocūdum diem quo te amplecti osculariqʒ poterimus. Uale. Date viterbij quarto kalēdas nouēbris Anno salutis. M.cccc.lxviij. Fratris filius potest ne recte nepos appellari? Nepos ꝓprie dicit̄ filij aut filie filius. Unde auus et nepos sunt relatiua. & sicut nepotis filiꝰ dicit̄ ꝓnepos. & pro-

nepotis filius abnepos. Ita aui pater dicit proauus & paui pater abauus. Tamē Aurelius Augustinus & Hieronimus & alij recentiores alioquin docti & excellentes viri vsurpant nepotem p filio fratris eūqz ex fratre siue sorore nepotē vocant quos ego vt in alijs plerisqz ita in hoc libenter sequor cum id nequaqz alienū esse a rōne videat quādoquidē patrui fratrum filios diligūt instar nepotuz suntqz quasi auorz loco. vnde fratres matrum dicunt auunculi quod verbū certe ab auo diminutiuū est qp si parentuz fratres auunculi sunt pfecto sororum filij sunt nepotes. Libet itaqz mihi te appellare modo fratris filium mō ex fratre nepotem.

Illud postremo quintiliani in calce operis ponendū existimaui plurima a nobis permutationē figurari debere. ut scio non ignoro. nō me fugit nō me preterit quis nescit. neminē dubium est etiaz ex primo mutuari licere. Nam & intelligo & sentio & video & perspicio sepe idem valent quod scio.

Peroratio.

Ed satis superqz euagata est oratio nostra. Tempus ē ut receptui canamus. Habes pyrrhe fili quē maxime omniū & quō imitari debeas habent tua qz causa preceptores quā in erudiēdis pueris atqz adolescētibus viam tenere. quomō eos docere. quomō examinare. & q meliora sunt in primis tradere debeant. Superest ut consilium meum toto animo sequaris & qztum fieri potest nitaris ad optima. Quod si ut spero feceris nō dubito te breui tempore supis iuuantibus in summum virum euasurum. Uale.

Eiusdem perotti oratio pro serenissimi romanorum regis domini Frederici iocūda receptōne ex pte cōis bononieñ.

I qua fides veri preferri maxime cesar
Temporibus possunt secula nulla tuis
Quando magis tuos licuit spectare triūphos
Quando palatini plus meruere dei
Pulchrior et melior quo sub duce patria tota
Sub quo libertas principe tanta fuit

Libuit enī mihi in tanta omniū expectatōne. in hoc clarissimorum virorum ꝯuentu. in hac tanta celebritate lepidissimi poete verbis affari te inuictissime imperator. Nā quē me vnum ex omnibus ad tantam rem obeūdam minime ydoneū clemētissimi principis nostri singularis humanitas dignū fecerit qui et maiestatem sacri nominis tui in ingressu huius nostre vrbis ꝑ more cōsuetudineqꝫ laudarē. et ei ꝑ immortali eius gloria ꝯtularer. Nō vidi equidē quibus verbis exordiri melius possem qꝫ iis q̄ vno tempore et incredibilē nostrā leticiā ex aduentu tuo susceptam ostenderent. et singularē nrām erga tuam maiestatē obseruantiā demōstrarent. et tui sacri nominis immortalitatē extollerent. et auidissimā omnium de te expectationē declararent. Aspice queso cesar sapientissimum virum principē nostrum. accipe clarissimā hanc nostre vrbis nobilitatē. quēqꝫ suo ordine cerne et ꝯtemplare. mares. feminas. adolescentes. iuuenes. viros. Quis est qui nō singularem ac pene incredibilē vultu ipso ac facie leticiam pre se ferat. Arridēt mediusfidius parietes ipsi. tecta ipsa leticia gestiunt totaqꝫ vrbs tm̄ visura triūphum circūfusa ruit. Uerte qꝫ versus tuos sacratissimos oculos cesar. nihil ꝑfecto videbis ob hunc expectatissimū aduentū tuum et iam diu ab omnibus desideratū nō plenum gaudii nō plenum leticie non plenū hilaritatis. Uident enim vniuersi atqꝫ animo suo contemplant eiusmodi sibi hodie diem illuxisse quo vel gratiorem vel iocundiorem uel magis eorum nomini gloriosum ne

optare quidem potuissent. Nam per immortalē deum que accidere potest aut homini maior laus aut ciuitati gloria. aut patrie claritas. q̄ȝ eius viri presentia illustrari. extolli. de/corari. quo/sit sanctissimus romanus pontifex semper exce/ptus/ neminem per vniuersum terrarum orbem sol viderit uel potentia parem. uel dignitate maiorē. vel nobilitate ge/neri s. virtutum prestantia. ⁊ rerum gestarum gloria clario/rem. Utinam mihi a diis immortalibus datuȝ esset ut diui nis laudibus tuis sacratissime imperator. si non ōnino saltē aliqua ex parte parē eloquentiā prestare possem. Sed vere or ne si de his aliqd dicere incipiā in medio sermone mihi desit oratio. Quod enī tantum flumen ingenii que dicendi tanta vis. tanta copia. que non dicam exornare sed enarrare vel potius attingere cesar res tuas possit? Nam vt impera/toriam maiestatem preteream. cuius excellentia dignitas. at qȝ amplitudo tanta est ut modestius sit de ea silere q̄ȝ tenui ter loqui. Cum diuina potius qnedam res q̄ȝ humana vide atur. ut tue familie nobilitateȝ omittam. que tot iam seculis inter tot nobilissimas antiquissimasqȝ totius germanie do/mos quasi sol quidam illuxit. Ex qua iam quatuor romano/rum reges fuere quos tu frederice imperator nunc quintus sequeris. Et que q̄ȝ plurimos habuit clarissimos viros atqȝ omni laudūȝ genere ornatissimos. qui diuersa etiam regna bohemie hungarie polonie uel singulari virtute compara/runt. vel ab aliis relicta incredibili sapientia gubernarunt. Ut item res a maioribus tuis diuersis temporibus precla/rissime gestas. quas cōmemorare infinitū esset pretermittā. Quis adeo ōni genere dicēdi cumulant⁹ orator reperiri ul' vt qđ sentio dicā excogitari poterit. q diuinas v̄tutes tuas. qui res a te preclarissime gestas animo. ne dicā orōe cōple cti posset? Quāta q̄ȝq̄ȝ admirabilis sit sapiētia tua cesar tum omnis tua anteacta vita declarauit. tum vel maxime ꝙ nu/per post romani nostri pontificis in apostolicuȝ tribunal as sumptionem. te autore. te duce diuisio ⁊ execrandūȝ ab om nibus scisma in ecclesia dei e medio sublatum ac prorsus

extinctu⁊ fuit O diuinam diuini principis virtutē O admi-
rabilem religionem O singularem sapientiā Inueteratum
iā tot annis errorē tu cesar sustulisti Iniectam/nescio quo fa
to/tot principū clarissimorūq⁊ virorū caliginē illustrasti Exor
tam in ecclesia dei ⁊ iam ōnia pestiforo anhelitu maculan-
tem viperam cohibuisti Dissidētes fratres ⁊ iam aduersus
seinuicem gladios stringentes in concordiā reuocasti/diui-
siones/discordias/bella/tot principū/populorū/potentissima
rumq⁊ nationum/in quietem/pacem/tranquillitatēq⁊ cōuer
tisti. Quod cesar adeo preclarū facinus huic tuo comparari
poterit. Possem hoc loco infinitas pene res abs te domi/mi
litieq⁊ preclarissime gestas cōmemorare. Neq⁊ enī me latet
quanta cum gloria/bella aduersus vngaros gesseris quot
qualesq⁊ triumphos merueris quot oppida/quot ciuitates
expugnaueris. atq⁊ in potestatē tuam redegeris tenuerisq⁊
⁊ tenes in hodiernū diem. Nec me latet inuictissime imper
ator/q̄nta semper fides. religio integritas tua. qui semper et
sacrosanctā romanā ecclesiam/⁊ clerum ōnem religiosissime
coluisti/qui sanctam tellurem ⁊ sacratissimū xp̄i sepulchru⁊
visitare voluisti qui instaurator templorū. religionis amator
⁊ iusticie cultor semper fuisti. Cuius humanitas. clementia
benignitas. fortitudo. temperantia tanta est. ut merito te om
nes veluti diuinum quēdam hominē vel potius mundanu⁊
quēdam deum diligant. obseruent. colant. adorant. veneren
tur. Quibus ex rebus factum est. ut ⁊ coronam iādiu in ger
mania summa cu⁊ laude susceperis. ⁊ paucos post dies aliā
rome a sanctissimo romano pontifice cu⁊ imortali gloria sis
suscepturus. Sed hec ōnia q̄q̄ per se maxima atq⁊ precla-
rissima sint. tamē si ei laudi comparent. quā ex ecclesie cōcor
dia atq⁊ vnione vendicasti exigua quedā pusillaq⁊ videbū
tur. Quāobrē longe quidē p̄stare arbitror. ut diuinis laudi-
bus tuis summisq⁊ honoris fortune virtutis ingenij. rerū ge
starum ornamentis hoc loco post habitis que longe latiorē
dicendi campū expostularent. ad gratulationē tm̄modo gti
asq⁊ cōuertam. Quāq̄ hoc q̄⁊ superuacuū video fore sacratis

sime imperator quãdoquidez tanta leticia ꝑfruunt̄ vniuersi
ciues nostri. tantis gaudijs exultant tanta in voluptate ver/
santur ut etiam me tacente eoꝝ vultus facies oculi. maiesta
ti tue. ꝛ ꝓ immortali eius dignitate ac gloria ꝯtulari. ꝛ pro
singulari decore atqꝫ ornamẽto quod sibi sueqꝫ ciuitati tue
sacratissime maiestatis presentia hodierna die allatũ cernũt
grates agere videant̄. Ut tamen quod officij mei est aliquã
do persoluã. clementissime imperator tibi ꝛ sapientissimi pn
cipis nostri ꝛ totiꝰ sue ciuitatis nomine. tui sacri nominis im
mortalitati congratulor ꝛ ꝓ ornamento quod huic amplis
sime ciuitati hodie prestitisti quas possũ gratias ago. Res
bona fortunas eoꝝ maiestati tue pro cuius cõmodo dignita
te salutem vitam ipsam si opus esset ꝓfundere non dubita/
rent. offerre in presentiaꝝ turpe putant. Nam cum is sit san
ctissimi romani pontificis erga tuam sacratissimã maiestatẽ
animus. ut sua õnia tue celsitudini cõia fecerit. quis dubitet
hanc quoqꝫ ciuitatẽ que sanctitatis eius ẽ ad õnẽ sacre tue
maiestatis imperiũ esse ꝓmptissimam. teqꝫ nõ secus romani
pontificis subditis vti posse ꝙ̃ ꝓprijs. Utinã vtinã eoꝝ animi
tam facile oculis cerni possent ꝙ̃ cogitatione comprehendi
Neminẽ profecto in tanto nobilissimoꝝ hominũ cetu vides
cesar qui nõ libenti animo si ita res ferret ꝓ tua salute ꝓ glo
ria sanctissimi nominis tui. res suas õnes. fortunas vxores li
beros vitam deniqꝫ ipsam ꝓfundere paratissimus foret. Re
liquũ est ꝙ te cum õni qua possumus obseruantia ꝑcamur
ꝛ obsecramus clementissime imperator per mansuetudinez
benignitatẽ iusticiã moderationẽ sapientiã tuam. per eã mẽ
tem q̃ tibi diuinitus data est ut nocere nemini. ꝓdesse õni/
bus velis. per gloriosissimã vitam tuã que vigebit memoria
seculoꝝ omniũ. quã posteritas alte quã eternitas semper ꝯtu
ebitur. ut cum vna cum sanctissimo romano pontifice fueris
cũ de rebus ytalie vel potius xp̄iane religionis ꝛ totius ter
rarum orbis cuius cura atqꝫ administratio vos duos preci/
pue spectat vna cõsultabis. huiusqꝫ vrbis nostre memineris
eã respicias. ad eam tuos sacratissimos ocu los pariter con

uertas eius dignitatē atqꝫ amplitudinē cōmendatā habeas
Ita dij tibi propicij sint. ita habeant profectionē tuam fecun
dare, feliceq̄ꝫ ⁊ fortunatā faciāt. Ita tibi ōnia pro desiderio
animi tui ꝓspera gloriosaqꝫ succedant. Ego vero ut aliquan
do dicēdi finem faciam in persona huius nostre amplissime
ciuitatis eiusdem poete. versibus concludam. cuius versibus
exorsus fui.
Dij tibi dent ⁊ tu cesar quecunqꝫ mereris.
Dij mihi dent ⁊ tu que volo si mereor
Uersus Nicolai perotti cuꝫ post orōnem prescriptam impe
tor eum lauro coronasset.
Cinxisti viridi cesar mea tempora lauro
Ecce meas ornat sacra corona comas
Non mea me virtus tali nunc munere dignuꝫ
Sed dulce effecit principis ingenium
Dij deeqꝫ precor pro me mitissime cesar
Persoluant meritis premia digna tuis
Ast ego q̄ tanto tibi sim pro munere gratus
Cantabo laudes dum mihi vita tuas.

Regule grāmaticales Reuerendissimi patris ⁊ domini
domini Nicolai perotti Archiepiscopi sypontini viri doctis
simi atqꝫ eloquentissimi Feliciter expliciunt. Impresseqꝫ per
me Egidium de herstraten.